—promens in judicio scripturas suspectas puniendus, uti falsarius. VII. 1102. 2. *seq.*
— & quidem ab eo judice, coram quo produxit, licet alias non esset competens. VII. 1104. 4.
— quo in casu tria observatu digna; & quæ. VII. 1104. 5. *seq.*
Actoris conditio nulla in re fieri solet litis contestatione deterior. IV. 936. 35. & 938. 37.
— ejus est onus probandi. VI. 594. 26. VII. 1009. 1. *seqq.* & 1015. 2.
Actoris partes obtinet possessor *non uno casu*, sed multis; & quinam hi. VI. 595. 28. & 596. 29. *seqq.* & 560. 33. *seqq.*
Actoris partes *obtinere*, vel *substinere* diverso modo recte dicitur quicumque pro actore se gerit in judicio. VI. 601. 35.
Actore non probante reus obtinet, quamvis ipse nihil præstiterit, cum in civilibus, tum in criminalibus. VII. 43. 5. & 505. 3. X. 781. 782. & N. 6.
— sed & interdum res actoris jurijurando committitur; & quibus in causis. VII. 45. 10.
Actor, commune utrique litiganti nomen. IV. 1059. N. 2.
Actor. vide *Civitas.*
Actor a tutore constituitur ex decreto magistratus. V. 222. 16.
— quibus ex causis. *ibid.*
— & quomodo constituatur. V. 222. N. 19.
— semper de rato cavet, quamvis constet quod actor sit. Et quare. V. 274. 32. & 275. N. 28.
— appellare non tenetur, & quare. V. 346. 11. & N. 8.
Actor universitatis constitui debet ab universis. V. 224. 18.
Actor civitatis ad certam causam, non ad quascunque causas generatim constituendus. V. 227. 22. 23.
— quomodo constituendus. V. 228. 24.
— cavere debet reo de Civitate defendenda. V. 246. 5.
— & quandonam de rato cavere debeat. V. 273. 30. & 274. 31.
— a syndico quid differat. V. 226. 22.
— Vide *Civitas.*
Actor servus quis. IV. 757. 24.
Actori servo recte solvitur. *ibid.*
Actor *generis*: dispensator *speciei* nomen. *ibid.*
Actuarius quis. VI. 94. 2. & N. 2.
Actuarii publicum officium, ut olim argentarii. VI. 99. 2. & N. 2.
Actuariorum opera quæ. V. 2. N. 2.
Actum pro cauto habendum esse quam sententiam habeat, & quomodo ostendatur. X. 110. 3. 111. *seq.* & 113. 4.
Actus lata significatione quemvis contractum significat. XI. 1705. 1.
Plus valet quod actum, quam quod scriptum est. VI. 1043. 8. VII. 1366. 2. *seqq.*
Actus quivis judicii requirit citationem. VI. 11. N. 2.
Actus legitimus est adoptio. I. 309. N. 1.
— acceptilatio. V. 950. N. 5.
— apertura tabularum. II. 403. N. 3.
Actus ut valeat, interpretatio capienda, 1. 122. N. 4. XI. 65. 7. *seqq.*
Servitus actus quid sit, & unde dicta. III. 278. 8.
— ejus definitio in quibusdam Institut. exemplaribus vitiosa. III. 278. 8. & 279. 8. *seqq.* & N. 4.
Actum habens ire potest & sine jumento. III. 279. 9. & N. 4. I. 279. 9. & N. 4.
Animalia omnia agi dicuntur, non jumenta duntaxat. III. 281. 13.
Actum petenti, qui prius iter petiit, an obstet exceptio rei judicatæ. V. 1349. 12. & N. 13.
Addicere, addicere in diem, in diem addictio. Unde hæc appellatio. IV. 883. N. 1.
In diem addictio quid, & quomodo fiat. V. 883. 1.
— quomodo differat a pacto de retrovendendo. IV. 891. N. 1.
Conditio propria in diem addictionis quid sit, & quænam contineat. IV. 883. 1. *seqq.*
Res in diem addicta non fit inempta, si falsus emptor subijciatur. IV. 884. 3.
— an fiat inempta, quolibet emptore meliorem conditionem offerente. IV. 885. 4.
Ut res in diem addicta fiat inempta, meliorem conditionem ab alio offerri oportet. Melior conditio quibus æstimetur. IV. 886. 5.
— quid si venditor intra diem objerit, nullo herede relicto. IV. 887. 6.

Res

BIU Cujas

Res in diem addicta, meliore conditione allata, fit inempta, si emptor monitus adjicere nolit, quod novus emptor adjecit. IV. 887. 7.
— non fit inempta, nisi venditor meliorem conditionem allatam admittat, & quid si ex parte tantum admittat. IV. 888. 8.
— quid si ex pluribus qui communem rem vendiderunt, alii admittant, alii non admittant meliorem conditionem allatam. IV. 889. 9.
— quid si venditor posteriori emptori addicat in diem. IV. 890. 10.
— quid si pluribus rebus separatim venditis, & in diem addictis, alter conjunctim empturus meliorem afferat conditionem IV. 890. 11.
Res in diem addicta si fiat inempta, quale jus emptoris, itemque venditoris, tum quoad rem ipsam tum quoad accessiones, commoda, & incommoda. IV. 891. 12. *seqq.* & 894. 16. *seq.*
Cum res in diem addicitur, utrum venditio sub conditione contrahatur, an pure contracta resolvatur sub conditione. IV. 893. 14. 15.
Addictio oberatorum necessaria quomodo *LL. 12. tabb.* sublata. XI. 313. 1. & N. 2.
— voluntaria relicta. XI. 313. N. 2.
— apud Hispanos in foro passim observatur. XI. 314. N. 2.
Addictus judex quis dicatur. IV. 1380. N. 21.
Ademptum sub conditione, sub contraria conditione datum intelligitur. II. 1027. 14.
Adimi hereditas codicilis non potest. II. 559. 28. & N. 14.
Legatum adimitur nuda voluntate, verbis, vel factis indicata. II. 824. 8. & 826. 11.
— quomodo hæc voluntas patefiat verbis. II. 826. 11.
— facta quibus significatur, quænam sint. II. 826. 12.
— an inimicitiæ supervenientes. II. 827. 13.
— an mutatio rei legatæ in aliam formam. II. 828. 14. & 829. 15. *seqq.*
— an alienatio II. 832. 23. & 833. *seqq.*
— an exactio nominis legati. II. 835. 27.
Ademptio non valet, si quis id quod Semproniis amicis suis legaverat, Sempronio adimat. XI. 67. 17. *seqq.*
Ademptio non adjuvanda est interpretatione. XI. 58. 22.
Ademptum an censeatur legatum, si rem legatam testator alii per fideicommissum reliquerit a legatario, & deinde fideicommissum ademerit. II. 825. N. 2.
Ademptionis bonorum pœna quando transeat in heredes. VII. 972. 52. 53.
Adjectio, sive addictio bonorum & pignorum quid, I. 955. N. 4.
Adjectio dominii quam recte dicta, usucapio. 1. 954. 3. & N. 3. *seq.*
Adjectus quis dicatur, & quale jus habeat. III. 576. 3. XI. 1041. 1. & 1042. 3.
— nihil interest priori, an sequenti loco nominetur. III. 575. N. 1.
— solutionem accipere potest a volente factam; & quo jure. III. 577. 3.
— æquiparatur mandatario. III. 577. N. 2.
— licet pupillus solutionem recte accipit sine tutore, & liberat debitorem. IV. 762. 32. XI. 1057. N. 16.
— etiamsi nummos perdidit, quos ita accepit. IV. 762. N. 16.
Adjectus nec accepto ferre, neque novare, aut delegare potest. IV. 761. 31. XI. 1045. 4.
Servo adjecto solvi potest sine voluntate domini, XI. 1057. 8.
Adjecto recte solvitur non aliter quam stipulatori, etiam stipulatore invito; & quatenus. X. 1109. 3. & 1110.
Si alibi quam in destinato loco solvatur adjecto, stipulatore invito, rata manet sortis solutio, sed tamen loci utilitas salva est stipulatori. X. 1111. 4. & 1112.
— & qua hic actione utilitas loci petenda. X. 1113. *seqq.*
— Vide *Solvere, Solutio.*
Adjecto solvendi facultas an intercidat, statu ejus mutato. XI. 1046. 6.
— Finitur I. Capitis deminutione quacunque. IV. 763. 34. 35.
— etiam emancipatione; quidquid contra nonnulli sentiant. IV. 763. 35. & N. 17.
— nisi agatur de usufructu præstando IV 764 36.
II. finitur petitione stipulatoris lite contestata. IV. 764. 37. XI. 1060. 11.
III. pecunia constituta, creditori, si ei soli debitor se soluturum constituat. IV 765. 38 XI. 1061. 11.
Aditio olim solemni fiebat verborum formula, & qua. IX. 368. 6.
Aditio solemnis veteribus dicta *Cretio*. Et unde talis appellatio. II. 424. 6. & N. 7. & 425. N. 8.
Solemnitate sublata, mansit aditionis nomen. II. 424. 6. & N. 7 & 425. N. 8.
Aditio quid sit, & unde dicta; & quomodo differat a pro herede gestione. II. 421. 3. *seq.* & 422. N. 4. *seq.*
— an verba necessario requirat. II. 422. N. 3.
— diem & conditionem respuit. II. 421. N. 3.
— fere animi destinationem requirit in ipso herede. II. 437. 1. & 442. 5.
— ante apertas tabulas olim fieri non poterat. II. 402. 4. *seq.*
— quid juris hodie. II. 403. 5.
— retrotrahitur ad tempus mortis. II. 457. 27. & N. 7.
Aditioni nullum a jure civili præfinitum tempus. II. 372. 4.
— sed tamen juri adeundæ hereditatis triennio præscribi receptior sententia. II. 371. N. 2.
— item præfinire certum aditioni tempus potest testator. II. 372. N. 2. per Aditionem Vulgaris substitutio expirat. II. 230. 12.
— sed reviviscit, herede in integrum restituto adversus aditionem. II. 256. 19. & N. 9.
Nisi hereditas adeatur, pupillaris substitutio evanescit. II. 277. 23. — Ex-

BIU Cujas

— Excipitur substitutio pupillaris a milite facta. II. 279. N. 15.
Nemo cogitur extranei hereditatem suscipere, exceptis portionibus, quæ post aditionem accrescunt. IX. 365. 2. & 366. 3. 4.
An qui scivit hereditatem sibi delatam, adire post annum possit. IX. 380. 2.
Ut hereditatem adire possit, de quibus rebus minime dubitare debeat heres. II. 399. 2. & N. 1. 2.
Adire cogitur heres fiduciarius. II. 577. 1.
— an sine exceptione. II. 578. 3. *seq.*
— per quem cogi possit, & quibus remediis. II. 597. 1. *seqq.*
— si coactus adiit, perdit quartam Trebellianam. II. 660. 11.
— adire non cogitur propter fideicommissa rerum singularum. II. 579. 7. & N. 3.
— Vide *Fiduciarius.*
Adita hereditas fit patrimonium heredis. XI. 586. 20.
Conditio, *si adita sit hereditas*, tacite inest in legatis & fideicommissis. II. 571. 1. & 1035. 2.
— expressa vitiat exheredationem. II. 1039. N. 3.
Hereditas non adita non transmittitur. IX. 346. 2.
— quamvis sine vitio heredis adita non sit. IX. 355. 2.
Fideicommissum intercidit, herede moriente ante aditam hereditatem. II. 571. N. 1.
Jus adeundæ hereditatis ad heredes non transmittitur, & quare. II. 391. 12. & N. 3.
— Exceptiones ejus regulæ quot, & quæ nam sint. II. 393. 13. *seqq.* & N. 4. 5. IX. 356. 4. *seqq.*
Jus adeundi transmittit ad heredes filius suus heres, & quare. IX. 343. *seqq.* 1.
— Vide *Transmissio.*
Adipiscendæ possessionis causa quot, & quæ proposita remedia. IV. 343. 3. *seqq.*
— Vide *Interdicta.*
Adjudicare, Adjudicatio quid sit. II. 1238. 15. VI. 1010. 8.
Quomodo rerum æqualitas in adjudicatione teneri possit a judice. VI. 1010. *seq.* 8.
Adjudicatione dominium adjudicatæ rei transfertur. VI. 1015. 1.
Alienæ rei, tanquam defuncti, adjudicatæ dominium non transit; sed præstanda a coheredibus illo nomine evictio. VI. 1015. *seq.* 2.
Si res adjudicata fuerit evicta, omissa de eo cautione, quæ actio heredi adversus coheredes. VI. 1016. 3.
Adjudicationes, & condemnationes in judiciis divisoris receptæ. II. 1235. 10. & 1238. 15.
— quibus in rebus locum habeant; & quomodo. VI. 1009. 8. & 1014. 13.
An uni res, alteri ejusdem rei usufructus possit adjudicari. VI. 1011. 9. *seq.*
Arbiter familiæ erciscundæ prædio, quod uni adjudicat, potest servitutem imponere. VI. 1013. 11.
Adjudicatio pignoris. Vide *Pignus.*
Adminicula quæ sint, & unde dicta. VII. 188. 19.
Adminicula emptionis, quæ. VII. 187. 19.
Administratio alienarum rerum triplex. IV. 127. 1.
— voluntaria. *ibid.*
— necessaria. *ibid.*
— mixta. IV. 128. 1.
— Hæc inter quos locum habeat. IV. 191. 1.
— tutelæ necessaria. IV. 155. 1. *seqq.* & 165. 1. *seqq.*
Administratio tutorum quibus partibus constet. I. 519. 2. *seqq.* IV. 165. 1. *seqq.*
— Vide *Tutor. Tutela.*
Administratio reipublicæ quibus in rebus præcipuæ versetur. IV. 1101. 5.
Administrator. Vide *Civitas.*
Administrator non vetatur alienare bona sua, vel pignori obligare. VIII. 1131. 2. 3. & 1132. 5.
— omnes rationes gestus sui conficere, & petenti domino, aut socio totum rationum librum edere tenetur. VI. 87. 2. & 88. N. 8. *seq.*
— citra moram præstat usuras pecuniæ, quam in usus suos vertit. X. 1391. 45.
Administratori Civitatis si legetur, quando ipsi, aut Civibus legatum relictum videatur. II. 724. N. 3.
Administratori an liceat ex rebus, quas administrat, emere. III. 653. 20.
Adolescens. Vide *Minor.*
Adoptio imago naturæ. I. 314. N. 6.
— quid sit, & unde dicta. I. 309. 2. & N. 1.
— justa quænam. I. 311. 3.
— fit apud Magistratum, apud quem legis actio est. I. 316. 15.
— est actus voluntariæ jurisdictionis. I. 316. 14. IV. 1126. 9. & N. 16.
— requirit acta. I. 317, 19.
— non jure facta potest a Principe confirmari. I. 317. 20.
— per procuratorem fieri nequit. I. 317. 17.
— rumpit testamentum. II. 130. 18. & N. 9.
— testamento juberi non potest. II. 774. 4.
Adoptionis forma, & solemnia. I. 315. 13. *seqq.*
— duæ species. I. 311. 4.
— jus in tribus positum. I. 317. N. 10.
Quoad effectus interest, a parentum aliquo, an ab extraneo quis adoptetur. I. 318. 21.
— Effectus quis in naturali, quis in adoptivo patre, quis in adoptato. I. 318. 22. *seqq.*
Adoptioni faciendæ quæ sint necessaria. I. 311. 5.
An consentire oporteat eos, quibus adoptatus sit agnatus. I. 315. 12. & N. 7. *seq.*
In Adoptionem dare quis possit. I. 311. 6.
— Quis dari possit, & an requiratur ejus consensus. I. 312. 7. & N. 2.
— dare, vel dari, aut adoptare an possit magistratum gerens apud semetipsum. I. 316. 16. & N. 9.
Adversus Adoptionem qui non restituantur in integrum. I. 353. 18.
Adoptione dignitas potest augeri, non minui. I. 320. 25.

BIU Cujas

Adoptione dissoluta, manet tamen cognationis honestas in matrimonio. I. 374. 21.
Adoptare non possunt liberis progenerandis perpetuo inhabiles. I 312. 8. & 313. N. 3. *seq.*
— nec is, qui adoptandum plena pubertate non antecedat. I. 313. 9.
— nec fœminæ, nisi in solatium amissorum liberorum, & ut filium habeant, heredemque legitimum: non ut habeant in potestate. I. 314, 10.
— neque pater adoptivus filium quem emancipaverat, vel alteri dederat in adoptionem. I. 314. 11.
— neque in fratrem sibi nemo alium adoptare potest. IX. 134. 2. 3.
Adoptari an liberi possint a parentibus I. 310. 2.
— idem jus habet pater in bonis adoptati filii emancipati, atque patronus. I. 370. 13. & N. 4.
Adoptati juris Civilis Commento sunt in liberorum numero. XI. 93. 20.
— an Contineantur in conditione: *Si sine liberis decesserit*, aut *si liberos habuerit*. II. 1060. 2. & N. 7.
— Nobiles quoad genus non fiunt. I. 319. N. 11.
— An habeant jus patronatus. I. 291. N. 1.
— Non excusant a tutela. I. 486. 13. & 485. N. 5.
— quando, & quomodo adoptivo patri, aut naturali succedant. II. 1119. 5. & N. 4.
— Ex statuto filios vocante non veniunt ad successionem, nec fœminas excludunt. II. 1170. N. 4.
— in Francia generaliter non succedunt. II. 1119. N. 4.
— qui agere possint inofficiosi querela. V. 432. 2. & N. 4.
in Adoptivis an suitatis, & emancipationis discrimen sublatum. II. 1119. N. 5.
Adoptivi parentes sine venia in jus vocari nequeunt a liberis. VI. 32. N. 22.
— nec parentes, aut liberi adoptivi patronorum a libertis VI. 33. N. 22.
Adoptivi fratres an tutores legitimi. I. 435. N. 10.
Adpromissor idem qui fidejussor, & unde ita appellatus. IV. 554. 2. & N. 2.
Ad scendentium successio. II. 1127. 1. *seqq.*
— Vide *Parentes*.
Adscriptitii quinam, & unde dicti.
Adventitia sine consensu patris alienari nequeunt a filiofamilias. II. 1164. 25.
— etiamsi alienatio firmetur juramento. II. 1163. N. 13.
— Eorum quale jus olim, & quale hodie. II. 1163. 25. & N. 12. *seq.*
Rerum adventitiarum quæ pondere, numero, mensurave constant, proprietas non ad filium pertinet, sed ad patrem. X. 106. 3.
Adversaria quid sint, & unde dicta. VI. 47. N 1.
Adversarius quis. V. 783. N. 2.
Adulter infamis non efficitur ante sententiam. V. 98. N. 9.
Adulterii damnatus testis esse nequit. II. 49. 15. VIII. 1180. 2.
Servus a Domina, cum qua se polluit adulterio, nec manumitti potest, neque heres institui II. 158. 29. & N. 18.
Adulterum uxoris suæ qui occidit, an privetur ejus hereditate. II. 839. N. 17.
nec Adulter adulteram, neque hæc adulterum suum heredem instituere potest. II. 157. 28.
Adultera perdit dotem. III. 1031. 7. & N. 5.
— in Adulterio deprehensa, licet absolvatur, infamis efficitur. V. 98. N. 9.
Adulteram pater occidere potest jure civili. I. 338. N. 2.
Maritus ab uxoris adulteræ accusatione repellitur. 60. dierum præscriptione, absque spe in integrum restitutionis, etiamsi minor sit. V. 1175. 7. & 1176. N. 7.
ex Adultera natus creditur esse mariti, quandiu non probetur contrarium. I. 301. 9.
— etiamsi mater adulterii convicta sit. I. 301. N. 6.
— & ultro fateatur se filium ex adulterio suscepisse. *ibid.*
Adulterii causa admittit procuratorem, si agitur ad separationem. V. 176. N. 4.
— pœna hodie mors: olim non item. VII. 328. 6.
de Adulterii crimine cur placeat transigere, aut pacisci non licere. VII. 328. 7.
Advocatus quis, & unde dictus. V. 38. 3. & N. 6. 8.
— debet esse Christianæ religionis sacris initiatus. V. 54. 19. & N. 3.
— quinquennium studio juris impendisse. V. 54. 19.
— statutum studiosis juris quinquennii tempus quare hodie plusquam necessarium. V. 55. N. 35.
In superioribus curiis advocatorum numerus certus, & quænam in advocato desiderentur. *ibid.*
— disertus, ac eloquens esse debet. V. 55. 20. & N. 36.
— non lucro, pecuniæque inhiet. V. 56. 20. & N. 37.
Advocationis officio præcedere debet examen conditionis, atque doctrinæ. V. 57. 21.
— An etiam descriptio in matricula. V. 57. 22.
— novissime in advocatorum ordinem receptus ultimum tenebat locum, unde paulatim ascenderet. V. 58. 22. & N. 39.
— primus, seu Collegii primicerius fisci deligebatur patronus. V. 58. 22.
— datus judex in causam, in qua advocatum egit, rejicitur ut suspectus. IV. 1385. N. 6.
— judici familiaris non rejicitur a causis agendis. IV. 1385. N. 6.
Advocatus esse nemo potest in ea causa, in qua sit judex. V. 58. 25.
— an jure ipso repellatur; an potius recusari debeat, qui in ea causa judicare velit, in qua advocatum agit. V. 58. N. 41.
— in causa appellationis advocare potest, qui in priori instantia judex fuit. *ibid.*

clien-

BIU Cujas

— clientibus suis suggeret quod verum, justumque existimaverit. V. 60. 28.
— causam clientis improbam, vel non accipere, vel deserere tenetur, simul ac injustam agnoverit. V. 61. 28. & N. 44.
— a fallaciis et cavillationibus abstinere debet. V. 59. N. 43.
— nisi siquando utatur, ut aliorum captiones eludat, & fraudem excludat. *ibid.*
— a mendacio tamen caveat. V. 60. N. 43. & N. *.
— causæ civili in facto, vel jure dubiæ patrocinari potest. V. 61. N. 44.
— criminali dubiæ patrocinari non debet contra reum. *ibid.*
— si sciens injustam litem foveat, graviter peccat, & damnum parti læsæ resarcire tenetur. V. 62. N. 44.
— item si mala fide protrahat, impediat, perturbet causam principalem. V. 61. N. 44.
— secus si bona fide fecerit ex probabili ignorantia. *ibid.*
— quæ ignorantia in Eo excusata sit. *ibid.*
— quale juramentum præstare debeat, & an sit in usu. V. 61. 29. & 62. N. 45.
— quomodo prævaricetur, & an etiam prodendo causam clientis adversario, & quæ hujus pœna sit. V. 62. 30. & 63. N. 46.
— an salario fraudatus a cliente possit adversarium defendere. V. 63. N. 46.
— & quando si pro una parte consulendo respondit, aliam deinde possit defendere. *ibid.*
— non debet esse judici injurius, importunus, aut inverecundus. V. 63. N. 47.
— ab injuria quoque partis adversæ debet abstinere, & quæ contra facientis pæna. V. 63. 31.
— cavere debet ne lites protrahat, & protelet. V. 63. 31. & N. 48.
— de quota litis pacisci cum cliente prohibetur. V. 63. 32. & 64. N. 49.
— neque lite pendente contractus cum cliente inire potest, & quare. V. 65. 33.
— munera accipere, pendente lite, quatenus deceat. V. 65. N. 50.
— Si donationem accepit, lite finita, ob patrocinium præstitum, quatenus valeat. *ibid.*
Advocatum non habenti magistratus dare debet: datus autem obtemperare, & quæ non obtemperantis pæna. V. 65. 34. & N. 51.
Abesse quatenus liceat advocatis. V. 66. 35. & N. 52.
Advocati factum an, & quatenus noceat clienti. V. 73. 2. & 74. 3. 4. *seqq.*
Juris allegationem ab Advocato omissam judex supplet. V. 77. 9. & N. 4.
Advocatus non potest esse testis in causa, cui patrocinatur. VI. 1049. 13.
Advocatus esse non potest, qui vel in perpetuum, vel ad tempus prohibetur. V. 52. 17. *seq.*
— prohibitus in perpetuum a causis agendis abstinebit perpetuo, nisi appellaverit, vel fuerit a Principe restitutus. V. 53. 18.
— ad tempus prohibitus, eo tempore elapso, postulare non prohibetur. *ibid.*
— & quid, si prohibitus ita: *veto te deinceps postulare.* V. 53. N. 32.
— apud Legatum prohibitus an possit apud Præsidem postulare. V. 53. 18.
— cui foro interdictum, advocare prohibetur. *ibid.*
— quibus actionibus Salarium petat. V. 69. N. 54.
— pauperum causas gratis suscipere compellitur. *ibid.*
— & operam illis gratuitam negans peccat. *ibid.*
— Advocatus qui pro certo salario patrocinium causæ suscipit, nec tenetur pro eodem salario appellationem prosequi, & integrum salarium consequi debet, licet transactione lis finiatur. V. 68. N. 54.
Advocato pauperum expedit constitui salarium. V. 70. N. 54.
Advocatum non habenti in urbe datur is a Prætore. V. 36. 2.
— in provinciis a Proconsule. V. 37. 2.
— Advocatus, si per eum non stetit quominus causam ageret, etiamsi morte occupatus fuerit, salarium restituere non debet. III. 1232. 16.
Advocati olim quinam dicti. V. 39. 3.
— iidem postea patroni litium, & causarum nuncupati. V. 39. 3. & 37. N. 7.
— item causidici, & cur ita appellati. V. 39. 3. & 40. 3.
— item togati, & quare. V. 40. 3. & N. 12. *seq.*
— Justinianeo jure quinam sint. V. 41. 4. *seq.*
— quot modis differant a procuratoribus. V. 41. 5. & N. 14.
— dicuntur causas orare. V. 36. 2. & N. 2.
— causis adesse, vel superesse. V. 36. 2. & N. 3.
— fata causarum ambigua dirimere. V. 36. 2. & N. 4.
— & in jure postulare. V. 36. N. 3.
Advocati utriusque partis tactis Evangeliis jurare de calumnia tenentur, & quid hoc jurejurando contineatur. VI. 222. 13.
— hodie tamen ex consuetudine non jurant. VI. 223. N. 16.
Advocatorum usus cum reipublicæ, tum privatis maxime necessarius. V. 35. 2. & N. 1.
— munus, & officium quotuplex. V. 36. *seq.* 2. & 60. 27.
— allegationes plenæ verborum, at inanes rerum improbatæ, V. 56. N. 36.
— quot, & quæ præmia, ac privilegia. V. 68. 37. *seqq.*
— alia a clientibus, uti honorarium, stipendium, salarium. V. 68. 38. & 67. N. 54.

— alia

— alia ex publico; veluti ut filiusfamilias, quæ jure acquisivit ex causarum patrocinio, sibi habeat jure peculii quasi castrensis. V. 69. 39.
— item immunitas ab oneribus personalibus. V. 70. 40. & N. 55.
— an etiam a realibus. V. 70. *seq.* N. 55.
— item fisci patrocinium. V. 71. 42.
— Clarissimorum, illustrium, superillustrium, perfectissimorum, exconsularium titulus, & dignitas V. 71. 42.
— item Præfecturæ urbicariæ, aut prætorianæ. V. 72. 43.
Advocatorum liberis, aut heredibus indulta privilegia. V. 72. 44. *seq.* & 71. N. 56 *seq.*
Advocatis similes procuratores forenses. V. 336. *seq* 3. & 335. N. 1.
— munus horum publicum. *ibid.*
Advocatis beneficium competentiæ nullo modo competit. XI. 277. 1. *seqq.*
— Contrarium plerique sentiunt. XI. 277. N. 1.
Ædes generali prædii vocabulo continentur. II. 1251. 11.
— an ob contumaciam dirui possint. VI. 116. N. 1.
— restitutæ non sunt eædem, quæ priores. III. 165. N. 3.
— Si nostræ in alienum collapsæ vicino damnum intulerint, quomodo is agere adversus nos possit. IV. 476. 8.
— quid, agentibus nobis ut tollere liceat quæ cecidere, excipere possit. IV. 476. 9.
Ædium ususfructus quid contineat. III. 58. 8.
— an possit usuarius inhabitare cum aliis, & quibus. III. 213. 3. *seqq.*
— An possit ædes totas occupare. III. 214. 6. *seq.*
— usus voluntate constituentis metiendus. III. 218. 15.
Ædes materiæ vendendæ causa destruere non licet. II. 1225. 28. VIII. 851. 44.
Ædium dilatandarum comparatæ servitutes quænam. III. 253. 6. *seqq.*
Ædium libertas quomodo usucapiatur. III. 407. 23.
Ædes qui locat alienas quasi suas, conductori tenetur in id, quod interest. III. 830. 15. & N. 6.
Si Ædes destrui testator jusserit, heres parere non tenetur. II. 772. 2.
Pecunia in ædium restitutionem credita privilegium habet. VI. 155. 8.
in Ædes totas fit immissio, nisi caveatur damni nomine. IV. 519. 16.
— Vide *Damni infecti.*
Si quis, oborti incendii a suis ædibus arcendi causa, vicini ædes interciderit, non tenetur de eo *quod vi, aut clam*: Sed si ad ædes intercisas ignis non pervenerit, condemnatur in simplum. IV. 331.
Ædibus juncta legari vetita. II. 760 15. & N. 17.
— nisi Ædes illicite ædificatæ. II. 767. 19.
— aut privatis ædibus juncta legentur ad opus publicum. II. 761. 20.
Ædium usufructu legato, si superficies perierit, areæ ususfructus non debetur. III. 162. 5.
in Ædibus an Emphyteusis esse possit. II. 1251. 11. & N. 6.
Ædem sacram ædificari stipulatus utiliter agit. XI. 855. 1.
ad Ædes sacras confugiens, aut his inserviens, an petiatur miserabilium privilegiis. IV. 1325. N. 2.
in Ædibus sacris pecuniæ publicæ, & privatæ servari solitæ. IV. 821. 4. & N. 3.
Ædificium solo cohærens cedit solo. I. 874. 1. *seqq.*
— Sive quis in suo extruxit ex aliena materia. I. 874. 1. & 875. 4.
— Sive in alieno solo ex sua materia. I. 874. 1.
— Quare. I. 873. N. 1. & 875. 4.
Ædificium ponere fructuarius quando possit. III. 91. 7.
— inchoatum consummare non potest. III. 86. 4.
— potest vetustate collapsum. III. 89. 6.
— sublatum, eademque forma repositum an idem quod prius, an aliud esse intelligatur. XI. 1348. 10. & 1345. 7.
Ædificium restituere est sublatum reponere. X. 406. 2.
ob Ædificii restitutionem qui credidit, privilegium habet, & pignus. X. 405. 1.
Ædificia habitandi causa parata sunt prædia urbana, & si rui posita. III. 251. 3.
Ædificiorum modus, & forma publica. III. 270. 15. & 271.
Ædificare licet in suo, etiam cum vicini incommodo. VII. 410. 8.
— nisi servitus vicino debeatur. VII. 411. 9. & 410. 8.
— aut vetus ædificiorum forma prohibeat. VII. 411. 9. 10.
Vetus ædificiorum forma, quæ. VII. 414. 12. *seqq.*
Contra veterem formam qui ædificatum habet, ex diuturnitate temporis defenditur. VII. 415. 14. *seq.*
Quando quis in prædio suo libero ædificare non possit. VII. 445. 1. *seqq.*
An qui se jure servitutis ædificare in alieno existimat, materiæ dominium amittat. VII. 424. 24.
Aliena materia, qua quis in suo ædificavit, prioris domini manet I. 876. 6.
— nisi religiosis locis adhæreat. I. 876. 7.
— Qua hic actione materiæ domino cautum. I. 876. *seqq.* 8. & 877. N. 2.
An qui sciens aliena materia ædificavit in suo, possit hanc eximere, & domino restituere. I. 878. 9. *seqq.* & 877. N. 3. *seqq.*
Qui bona fide in alieno ædificavit ex sua materia, dominium ejus retinet. I. 884. 19.
— diruto ædificio vendicare potest. I. 884. 20. & 886. 24.

BIU Cujas

— Secus ædificio stante. I. 885. 21.
— potest materiæ pretium, & sumptus consequi exceptione doli mali, si ædes possideat. I. 885. 22.
— Quid si non ipse, sed dominus soli possideat ædificium. I. 885. 23. & N. 8.
Qui sciens ædificat in alieno, nec actionem, neque retentionem habet sumptuum nomine. I. 887. 25. *seqq.*
— Dissentit ab hac opinione Cujacius, & quomodo distinguat. I. 887. N. 9.
— an malæ fidei possessor possit ea, quæ possit tollere sine prioris status læsione. I. 888. 28.
Qui sciens ædificat in alieno, an, & quando materiam donasse videatur. VII. 424. 25.
Ædificationem inhibet operis novi nuntiatio. IV. 489. 15. & N. 14.
— item alii modi affines. IV. 490. N. 16.
— Vide *Domus.*
Ædificare in littore an liceat sine Principis permissu. I. 696. 3. 4.
— Vide *Littora.*
Ædiles, Rom. populi magistratus. I. 57. 10. & N. 8.
— de quibus rebus edicta dabant. I. 57. 10.
— jus cædendi flagellis etiam in non viles exercuere. IV. 1089. 11.
Ædiles fuere etiam in nonnullis municipiis. IV. 1111. N. 12.
Ædilitiæ actiones tres. X. 1313. 1.
— Vide paulo post *Ædilitium edictum.*
— Stipulationes quæ, & unde dictæ. XI. 524. 28. & 527. 30.
Ædilitiæ actiones prætoriarum verbo comprehensæ. VI. 621. 16. XI. 527. 30.
Ædilitium edictum suæ integritati restitutum. X. 1295. *seqq.*
— non pertinet ad res donatas, neque ad res locatas: pertinet tamen ad res permutatas. X. 1309. 1.
— verbis ad jumenta, & mancipia duntaxat: vi, & sententia ad omnes res venales pertinet. X. 1297. 2.
— ad vitia animi non pertinet; propter quæ actio ex empto est, non redhibitio. X. 1301. 7.
— ad res venditas, & earum accessiones pertinet. X. 1309. 1.
— cessat, si universitatem, ut peculium, vel hereditatem, accessuram dictum fuerit, & in ea sint corpora vitiosa, aut morbosa. X. 1310. 2.
Ædilitium edictum non pertinet ad fisci venditiones. X. 1311. 4.
— adeoque nec rei fiscalis redhibitio datur, nec actio quanto minoris. *ibid.*
Ædilitio edicto tres actiones constitutæ. X. 1313. 1.
— Redhibitoria, cujus duæ partes, & quæ. III. 788. 7. *seqq.*
— cui, adversus quem, qua de re detur, intra quod tempus, & quis ejus finis. X. 1315. 3. *seqq.*
— Actio quanti minoris. Qualis hæc, & quandiu duret. III. 790. 11. X. 1325. 1. *seqq.*
— Actio in id quod interest. Quid ea. An ex omnibus causis admittatur. III. 790. 12. *seq.*
— ex qua parte edicti petita. III. 791. 13. & 796. 18.
Ægritudo corporis sola an faciendi testamenti facultatem auferat. VIII. 1341. 1.
Impensum in ægroti inviti medicinam an repeti possit actione negotiorum gestorum. IV. 140. N. 2.
Egyptii furta impunita reliquere. IV. 244. N. 2.
— quibus conditionibus permisere. IV. 245. N. 2.
Apud Ægyptios filiarum duntaxat onus est alere parentes. III. 456. N. 14.
L. Ælia Sentia quid prohibeat. I. 276. 7. *seq.*
— Quatenus minori XX. annis servum manumittere permittat. I. 266. 8. XI. 1177. 1.
L. Æliæ Sentiæ quomodo fuerit a Justiniano derogatum in manumissione testamentaria. I. 266. 8.
L. Æliæ Sentiæ contraria stipulatio, eoque inutilis. XI. 1177. 2.
— contraria non est, qua minor alienum servum a domino manumitti stipulatur. Et quare. XI. 1177. 3.
— contraria, qua minor a debitore suo stipulatur servum sibi debitum manumissurum; & quomodo. XI. 1178. 3., & 1179. 4.
Æquale nil sibi, sed alteri; cujus hoc usus in jure. II. 695. N. 8.
Æquitas quid sit, & quatenus a jure discrepet. VI. 298. *seq.* 5.
— An scripto juri anteponenda. VI. 301., & N. 5. *seq.*
— Duplex; alia specialis, alia generalis. VI. 304. 8.
— An aliqua sit scripta. I. 97. 13., & N. 5. VI. 302. 8.
Æquitas in omnibus, maxime autem in jure spectanda. I. 94. 11. VI. 300. 6. X. 810. 17.
— legem temperat, & moderatur ex sententia ipsius legis. I. 96. 12. & 97. 13. VI. 300. 6.
— legem producit ad similes casus. I. 110. *seq.* 6. VII. 104. 8.
— plenius adhibetur in bonæ fidei judiciis, quam stricti juris. X. 1140. 5.
— mater exceptionum dicta. V. 1283. N. 8.
— Cerebrina, quam dicunt, explodenda. VI. 303. N. 6.
Æquitas finis juris civilis. VI. 304. 8. XI. 1384. 3.
Æquitate ad jus aliquod tollendum uti non licet, nisi soli Principi. I. 98. 13.
— ad jus temperandum ea licet uti cuique interpreti. I. 97. 13.
Æquitatis rationum diversitas actionum non excludit. VII. 1004. 7.
Æquitatem sequuntur contra juris subtilitatem supremæ Curiæ. VI. 296. N. 2.

BIU Cujas

— sequi contra expressa legis verba interpreti non licet. I. 98. *seq.* 14. & N. 6. VI. 303. 8.
Æquum jus quid sit. VI. 299. 5. & 301. 7. — in Æquo, & bono plerumque sub auctoritate scientiæ juris perniciose erratur, & quomodo. XI. 1383. 2. *seq.*
Aer communis. I. 654. 4., & 653. N. 2.
Ærosa pecunia quæ. IV. 734. N. 10.
— eam solvens non liberatur. *ibid.*
Ad Ærarium Principis delati quinam. V. 1063. N. 7.
Æs pro quolibet nummo. II. 459. 2.
Æs grave appendebant, non numerabant Romani. IV. 839. 1.
Æs nostrum quid. II. 459. 2.
Æris præstationes unde dictæ pensiones, aut pensitationes. IV. 839. 1.
in Ære qui non habet, luat in corpore. VI. 36. N. 22.
Æs alienum quid. II. 459. 2., & 951. 5.
— duplex. II. 459. 3., & 951. 5.
— ipso jure divisum inter heredes pro hereditariis portionibus. VII. 223. 1.
— ab hereditate ipsa, velut contrahitur ex negotiorum hereditariorum administratione, & ex defuncti funeratione. II. 462. 9. *seqq.*
— sive a defuncto, sive ab hereditate contractum in ponenda Falcidiæ ratione deducitur. II. 951. 5.
— sed ab iis heredibus solis, qui illud solvere tenentur. II. 955. 10.
Æs alienum hereditarium solvendum ab heredibus, non a legatariis, & quare. VII. 572. 1. 2., & 573. 3. 4.
In æs alienum defuncti heres propter ipsam hereditatem succedit. II. 459. 4.
— non tamen in id, quod pœnali actione exigitur. II. 460. 5.
ob Æs alienum nemo addici potest in servitutem creditori. VII. 851. 1. *seqq.*
— unica species excipitur, & quæ. VII. 851. 7. *seq.* & 852. 9.
Æri alieno defuncti obligatur heres, etsi hereditas non sit solvendo. II. 460. 6. & 461. N. 2.
Æri alieno defuncti pro qua parte heredes singuli teneantur. II. 461. 8.
Æri alieno incendium non liberat. VII. 851. 1. *seqq.*
Æstimatio. Vide *Annuum*, *Aquilia lex.*
Æstimatio liberi hominis nulla. IV. 222. 7.
— feudi legati an debeatur. II. 758. N. 4.
— rei legatæ, quæ in commercio non sit, non debetur. II. 758. 11.
Æstimatio rerum dotalium quando constituat emptionem. III. 1053. N. 1.
Litis æstimatio emptionem facit. V. 913. 13. & N. 8.
Æstimatio rerum ex communi, & vero pretio facienda, non ex privata cujusque affectione. II. 941. *seq.* 14. & N. 11. V. 970. *seq.* 8. & N. 4.
— quando ex privato affectu fieri possit. V. 971. 8.
In Æstimatione rei petitæ quodnam tempus debeat spectari. VI. 323. 2. 324. 327. 7. X. 348. 5. 6. 349. *seqq.* & 999. 1. *seqq.* XI. 1119. 1. 1120. *seqq.*
in Æstimationem petitæ rei fit condemnatio necessitate, vel æquitate. VI. 323. 1. *seqq.*
— Necessitate, vel quia res deperdita, vel quia deterior facta sit. VI. 323. 2. X. 1002. 4.
— Æquitate, quatuor de causis. I. Cum debetur aliena res, quam dominus justo pretio vendere nolit. VI. 325. 3.
II. Cum servus legatus petitur, qui pater, aut filius naturalis est heredis. VI. 325. 4.
III. Cum res commode dividi non potest, ubi res uni adjudicatur, eo vicissim in æstimationem partis alteri damnato. VI. 326. 5.
IV. Cum res, quarum æstimatio identidem mutatur, ut in his, quæ pondere, numero, mensurave constant, suo die solutæ non fuerint. VI. 327. *seq.* 6. 7.
Rerum quæ pondere, aut mensura constant æstimatio facienda, vel ex tempore quo convenit ut redderentur; vel quo agitur. V. 327. 7. X. 348. 5. 6. 349. *seqq.* XI. 1119. 1. 1120. *seqq.*
— Speciei petitæ facienda æstimatio quanti plurimi fuit tempore moræ. VI. 324. XI. 1001. *seqq.*
In æstimationem petitæ rei non fit condemnatio, ubi generaliter petitus homo, equus, bos, vel alia species in genere. VI.
Quando ad rem æstimandam spectari oporteat eadem tempora in bonæ fidei contractibus, quæ spectantur in strictis judiciis. X. 373. 23. 374.
Ætas minor quandò finiatur. V. 1083. 1. & 1081. N. 1.
Ætas probandà minori petenti in integrum restitutionem. V. 1144. 20. & N. 23. & 1145. N. 25. VII. 1035. 3. & 1053. 6.
Ætas senilis procuratoris justa causa est ejus revocandi post litem contestatam. V. 372. 7.
— Non tamen indistincte. V. 371. N. 5.
Ætatis probatio, sententia minime secuta, jus non facit in aliis causis, nec quoad alias personas: sententia vero lata post causæ cognitionem facit. V. 1144. N. 23.
Ætatis probandæ causa an principaliter adiri possit judex. *ibid.*
Ætatis lubricum quid sit, & unde dictum. V. 1127. 1.
— num præsumatur, an probandum. V. 1145. 20. & N. 24.
Numerus liberorum supplet ætatem. V. 1151. 3. & 1152. N. 4.
Ætatem scire censentur cognati majores ætate. V. 1136. 13. &. N. 12.
Affectare tutelam quid. I. 487. 15. & N. 8.
Affectatæ tutelæ non excusant. I. 486. 15.
Affectatum impedimentum non excusat. V. 1063. 7. VI. 106. N. 17.
Affectio in avita bona. V. 1107. N. 1.

BIU Cujas

— non cadit in res, quæ pondere, numero, mensurave constant. VI. 356. 5. & N. 6.
Affectionis jusjurandum quale, & quotuplex. VI. 338. 6. & N. 4.
Affectionis ratio an faciat ut quis in criminalibus, procurator esse possit. V. 178. N. 5.
An ob id quod ratione affectionis intersit, in integrum restitutio concedatur. V. 1107. N. 1.
Affectioni jura indulgent aliquando. VI. 355. N. 5.
ex Affectione pretia rerum non æstimantur. II. 941. 14. & N. 11.
Affectus nullus vincit paternum. II. 95. N. 1.
Affinis ad agendum pro affini admittitur sine mandato. V. 214. 10. & 213. N. 10.
— judex suspectus. IV. 1384. N. 6.
Affinitas dirempta locum facit recusationi suspecti mandati. V. 363. 28.
Affinitatis nulli gradus proprie dicti, sed quasi gradus jure Canonico. III. 943. N. * 3.
Affirmare quis non debet quod ignorat. V. 1135. 11.
Qui affirmat inscius aliquem esse bonum nomen, seu solvendo parem, ut aliquis ei pecuniam credat, non obligatur jure Civili, secus jure Lubecensium. III. 861. N. 8.
Affirmatio interdum verbis negantibus continetur, & contra. VII. 1096. 10. *seqq.* X. 647. N. 2.
— falsa veritatem rerum non mutat. VII. 1051. 6. VIII. 762. 3.
Affirmantis est probatio. VII. 1009. 1. *seq.*
— Quid si uterque affirmet. VII 1055. 1. *seqq.*
Agere quid in servitute *actus*. III. 279. 8. *seq.*
Agere & facere quomodo differant. III. 593. N. 1.
Agendi verbum quoad judicia quo sensu accipiatur. VI. 517. 4.
Quod vulgo circumfertur, *agere non valenti non currere præscriptionem*, perpetuum non est. I. 1178. N. 12.
Agere qui nequeant. IV. 1064. 7. *seqq.* & 1063. N. 8. *seqq.*
Agere & reus dicitur. IV. 1061. N. 5.
Ad agendum datus procurator appellare tenetur, si victus sit. V. 340. 6. & 339. N. 3.
Aggerem vi aquæ dejectum potest vicinus, ne sibi aqua noceat, postulare ut sibi eum restituere liceat suis sumptibus. IV. 543. 4.
Agitatores qui, & an infames. V. 94. N. 1.
Agnasci unde dictum. II. 130. 18.
Agnasci suum heredem quid. II. 129. *seq.* 18.
Differentia inter agnationem sui heredis, & jam nati præteritionem II. 130. N. 8. *seq.*
Quasi agnatio sui heredis quomodo contingat. II. 130. 18. & N. 9.
— utraque rumpit testamentum. II. 129. 18.
— sed non militis. II. 313. 10.
— nec codicillos patrisfamilias. II. 554. N. 6.
An filius agnatus patri. II. 344. N. 6.
— adoptatus quibus fiat agnatus I. 319. 24.
Agnatus etiam remotus potior uterino fratre quoad bona paterna moribus Francorum. II. 1148. N. 15.
Agnati in successione fœminarum olim præferebantur liberis. II. 1115. N. 2.
— soli vocabantur ex *LL.* 12. *tabb.* ad successionem post suos. II. 1135. N. 1.
Agnatorum & cognatorum sublata differentia, & quibus in rebus. II. 1135. 2. & N. 1.
— tutela penes quos sit. I. 434. 10. *seqq.*
Agnatos quare jus vetus prætulit cognatis. II. 1135. N. 1.
In Agnatorum successione sola attenditur gradus prærogativa. II. 1148. N. 15.
Agnitio hereditatis an differat ab aditione II. 427. 9.
Agnitio supremæ voluntatis testatoris est quasi contractus. IV. 124. 3. *seqq.*
— a quibus fiat, & quomodo. IV. 125. 4. V. 499. 4. 5. & 500. *seqq.* IX. 645. 3. & 353. 1. 2.
— obligat heredem creditoribus hereditariis nomine defuncti & suo. IV. 125. 5.
— item legatariis quasi ex contractu. IV. 126. 6.
— obligat & legatarios singularum rerum ad ea præstanda, quæ ipsis testator injunxit. IV. 127. 7.
— excludit inofficiosi querelam. V. 499. 4. 5. & 500. *seqq.*
Agnitio legati quid sit. II. 843. 1. IV. 125. 4. IX. 646. 4.
— duo desiderat, & quæ. II. 845. 4. *seqq.*
— dominium rei legatæ sine traditione a testatore in legatarium transfert. II. 850. 15. *seqq.*
— excludit querelam inofficiosi testamenti, sed aliter veteri, aliter novo jure. V. 499. 4. & 501. 6. *seqq.*
— non tamen actionem ad legitimæ supplementum. V. 504. 10.
Agri colendi causa quæ fiunt, de iis non est actio aquæ pluviæ arcendæ. IV. 544. 8.
Agri hostiles jure belli capti fiunt populi, non privatorum. I. 781. *seq.* 9. & 761. N. 2.
— quadrifariam partiti. I. 841. N. 6.
— limitati quinam, & cujus juris apud Romanos. I. 840. 8. *seqq.*
— quinam hodiernis moribus. I. 846. 14.
Ad agrorum cultum res necessariæ quæ in usu juris habeantur. IX. 1086. 1.
— pignori sponte traditæ jure tenentur. IX. 1087. 2.
— conventione si fuerint obligatæ, vendi etiam possunt, & quibus personis. IX. 1087. 3.
— & quando pignoris jure capi, & distrahi possint. IX. 1087. 5.
— Quot & quibus casibus pignori utiliter dari possint. IX. 1088. 6.
Agricolæ qui mutuo dat fructus aridos, potest eo nomine exigere octavam partem modii in singulos annos ex jure Civili. VIII. 413. 1.
— qui aliis quam agricolæ, potest exigere centesimam. VIII. 416. 6.
— quam & ab agricola potest exigere, qui ei mutuo dat fructus liquidos, puta vinum, & oleum. VIII. 417. 10. *seq.*

BIU Cujas

Agricolæ qui pecuniam dat mutuam, potest usuræ nomine siliquam exigere, sive trientem centesimæ, & amplius aliquid. VIII. 415. 4.
— Vide Evictio. *Fines agri.*
Quare jus novum & quoad fructus aridos, & quoad pecuniam mutuam statutum est in agricolis. VIII. 415. 4. & 416. 7.
Agrimensor de culpa levi non tenetur singulari jure. & quale sit. IV. 690. 25.
Agrimensoris opera publice utilis. *ibid.*
Adversus agrimensorem datur actio de dolo perpetua: non tamen adversus heredem ejus, & quare. IV. 717. 13.
Album judicum olim institutum, idque duplex. IV. 1378. 12. *seq.*
Album edictorum quid. IV. 217. N. 16.
— an ab eo diversum album formularum. VI. 47. N. 1.
Albi corrupti actio quæ, & quod injuriæ genus persequatur. IV. 218. 17.
— quæ corrumpentis pœna. *ibid.*
— nostris moribus qui hac actione teneantur. IV. 218. N. 17.
Alea quid, & in quibus versetur. X. 1405. 11.
Aleæ Ludus plerumque non abest a fraude, mendacio, & perjurio. V. 106. N. 6.
Quod ex alea debetur, de eo actio non est, & amissum repeti potest. X. 1405. 13.
An actio de alea fuerit famosa. V. 106. N. 6.
Aleator an infamis. *ibid.*
— alia pœna præter lucri restitutionem non tenetur, nisi fraude usus sit. *ibid.*
Alexander Imp. plures jurisconsultissimos viros sibi in omni re agenda assidentes habebat. V. 7. 4.
Aliena res, aut heredis propria non continetur universali fideicommisso. II. 616. 7.
Alienæ rei commodatum quoad contrahentes valet. III. 997. N. 3.
Alienæ rei legatum an valeat. II. 768. N. 14.
— legatum utile, si testator alienam esse scivit: inutile, si putavit suam, nisi contraria testatoris voluntas appareat ex conjecturis. II. 769. 38. 39. & N. 15. 17.
— conjecturæ autem ducuntur aut ex persona legatarii. II. 769. 40. & 770. N. 16.
— aut ex persona domini rei legatæ. II. 769. 41.
Alienæ rei pignus num valeat. VI. 896. 9.
— rei dominio postea debitori quæsito num convalescat. VI. 896. 10. *seq.*
Utrum directa an utilis actio hypothecaria creditori detur. VI. 897. 11. *seqq.*
— & an creditori detur retentio. VI. 901. 17. *seq.*
Alienæ rei subtractio quotuplex. IV. 241. 2. *seq.*
Alienæ rei venditio valet venditoris, non autem domini damno. V. 768. N. 9.
Alienæ rei traditio, nec dominium transfert, nec domino nocet. VIII. 1105. 17. *seqq.*
Aliena re vendita, & tradita an & quæ actio domino adversus venditorem tribuatur VIII. 1106. 21. 22.
Alienam rem nemo sine consensu domini potest alienare, nisi hanc facultatem a speciali jure acceperit. VIII. 1101. 3. & 1102. 8.
— consentiente domino quivis alienare potest. VIII. 1101. 1. 4.
Alienæ rei alienatio facta ignorante domino non valet, etiamsi is instrumento alienationis subscribat. VIII. 1101. 5.
— secus, si sciens subscribat, nisi tamen subscribat ut testis. VIII. 1101. 6.
Alienæ rei traditio & alienatio, quæ ab initio nulla, eventu confirmatur. I. si dominus ratam habeat. VIII. 1102. 13. *seq.*
II. si dominus venditori successerit. VIII. 1103. 15.
III. si emptor, cui tradita est, rem usuceperit. VIII. 1104. 16.
Alienæ rei possessionem qui mala fide occupavit, pro prædone habetur. IX. 951. 1. *seq.*
— quid si justa de causa putet esse rem suam, quæ erat aliena. IX. 953. 4.
Acquisitio alienæ rei, quam quis in se transferendam curavit per metum, concussionem, aut dolum improbata. IV. 355. 1. *seqq.*
Alienatio generatim accepta quid sit. II. 1241. 3. VIII. 1112. 10.
— interdicitur aut testamento, aut conventione, aut lege. II. 1215. 3.
— testamento quomodo, & quo juris effectu. II. 1215. 4. VIII. 1110. 5. *seq.* IX. 601. 1.
— conventione quomodo, & quid hæc alienationis prohibitio differat a superiore. II. 1216. 5. VIII. 1110. 4. & 1111. 6. *seq.*
— ratane sit conventio hæc, *ne donata res alienetur.* VII. 727. 1. & 729. 2.
— & an alienationem postea secutam ratam efficiat. VII. 730. 3. *seqq.*
— lege quomodo, & quibus ex causis. Harum genera quatuor. II. 1217. 7.
I. ut consulatur ea re dominis, qui aut natura res suas administrare non possunt. II. 1218. 9. 10.
— aut quibus lex prospectum voluit ob periculum malæ administrationis. II. 1218. 11. *seqq.* VIII. 1109. 2.
II. ut consulatur dominis simul, & rei alienari prohibitæ. Quæ interdictio versatur tribus in rebus, & quæ sint. II. 1223. 22. *seqq.*
III. ut consulatur Civitatis & Reipub. bono, & quarum rerum hic alienatio vetetur. II. 1224. 28. *seqq.*
— item ut consulatur Ecclesiæ. Canonico & Civili jure prohibita, & quomodo rerum Ecclesiæ alienatio. II. 1221. *seq.* 19. & 1249. *seq.* 10. & N. * .
IV. ut consulatur rei alienari vetite. II. 1229. 35
Quid effectu intersit, lege an conventione prohibita sit alienatio. VIII. 1111. 5. *seqq.* XI. 1628. 10.
Quando rata sit alienatio rei, quam testator alienari prohibuit. IX. 603. 3. *seq.*
Ubi lex alienationem prohibet, voluntariam inhibet .. non necessariam. II. 1230. 37.

Alie-

BIU Cujas

Alienatio rerum pupillarium quatenus tutori, vel curatori permissa. I. 526. 15. *seqq.* & 525. N. 4.
— & quibus ex causis permissa, aut titulis. I. 529. 21.
— pupillo utilis esse debet. I. 529. 22.
Alienatio mutandi judicii causa facta quando edicto coerceatur. IV. 232. 4.
De alienatione judicii mutandi causa edictum pertinet ad actiones in rem, non ad actiones in personam. IV. 231. N. 2.
Alienationis prohibitio continet non modo translationem dominii, sed etiam quemlibet actum, quo jus aliquod remittitur, aut alteri jus in re nostra constituitur. II. 1229. 36.
— tria continet. I. pleni dominii translationem. II. 1229. 36. VIII. 1112. 10.
— sive fiat aperta domini voluntate, sive tacita. VIII. 1112. 11.
— abdicationem dominii. II. 1229. 36. VIII. 1113. 13.
II. concessionem juris dominio proximi, scilicet emphyteusos, & superficiei. VIII. 1113. 14.
III. Jus omne, quod in re constituitur, puta jus pignoris, ususfructus, & servitutes prædiorum VIII. 1114. 15.
— quomodo prohibitione alienationis comprehendatur pignus. VIII. 1114. 16.
— quomodo constitutio ususfructus comprehensa intelligatur. VIII. 1115. 17.
— quomodo prædiorum servitutes. VIII. 1116. 18.
— & quinam prohibitæ alienationis effectus. VIII. 1116. 19.
Alienationis duo genera summa, nempe vel singularum rerum, vel per universitatem. XI. 1630. 13.
Alienatione rei legatæ necessaria non extinguitur legatum. II. 834. 25.
Alienatione servi prohibita, utrum singularis alienatio duntaxat: an vero & per universitatem alienatio, quæ fit hereditatis datione, & heredis institutione, prohibita videatur. XI. 1628. *seq.* 11.
Prohibitio rem alienandi extra familiam fideicommissi vim habet. II. 990. *seq.* 3. & N. 1.
—ex alienatione voluntaria statim petitio fideicommissi datur: ex necessaria non prius quam heres decesserit. II. 993. 6. & 994. N. 6.
— & quando ex alienatione necessaria extinguatur fideicommissum. II. 994. d. N. 6.
— Vide *Fideicommissum.*
In alienatione communium rerum jus idem fere obtinet, quod in re tota alienanda. VIII. 1121. 1. 2.
— Vide *Communis res.*
Conventio, ne cui rem suam, vel partem rei suæ alienare liceat, an utilis. XI. 1516. 9.
Stipulatio, *ne dominus rem suam incertas personas transferendo alienet*, an valeat. XI. 1615. 1. 2. & N. 1.
Pactio, *ne in totum res alienetur*, an valeat. XI. 1618. 4.
Stipulatio, *ne Servus alienetur*, non committitur, si promissor decesserit herede sibi instituto. XI. 1630. 12. *seqq.*
— ubi committitur, agitur ex ea in id quod interest. XI. 1632. 16.
— id quod interest, quomodo hic æstimetur. XI. 1632. 17.
Adversus eum, qui alienare vetat, aut cogit, quot sint domino prodita juris remedia. II. 1212. 26.
— Vide *Reus.*
In fraudem creditorum alienata revocantur per actionem Paulianam. VI. 173. 1. 174. *seqq.*
—Vide *Fraus & Pauliana actio.*
Qui pecunias ex parte suas credidit, alienas putans, quandiu in illo errore versatur, nec pro sua parte alienare eas potest. X. 549. 8. 550. *seqq.*
Alimenta jure naturæ debentur liberis a parentibus. III. 450. N. 1.
— debent parentes omnes egentibus liberis. III. 453. 9. & 454. N. 4. *seqq.*
— negare potest pater filio male de se merito. III. 455. 9.
— debent liberi omnes parentibus quibuscunque sine discrimine sexus, aut gradus. III. 456. 10. N. 13.
— præstandi obligatio una cum persona, quæ debet, aut cui debentur, extinguitur. III. 460. 15.
— cum pluribus personis relicta sunt a pluribus heredibus, quare eorum præstatio uni heredum attribuatur. VII. 940. 14.
— relicta, *si legatarius moratus fuerit cum filiis, aut matre*, an his mortuis, debeantur. IX. 495. 1. *seqq.*
— testamento relicta an transactionem admittant. VII. 272. 4.
— annua pretium non recipiunt. II. 942. 15.
— alimentorum nomine quæ veniant. III. 454. 9. & 455. 9. & N. 10.
— an veniat liberalis institutio, & quando. III. 455. 9. & N. 11.
— quis eorum modus. III. 455. 9. & 457. 10.
Si alimentis petitis, alter alterum patrem vel filium esse neget, judex utramque questionem summatim cognoscere & definire debet. III. 457. 11.
De futuris alimentis testamento relictis transactio rata non est, nisi fiat auctore Prætore. IV. 1137. 17.
Alimentorum causa etiam feriis agitari potest. VI. 264. N. 26.
Num in causa alimentorum appellare liceat. VI. 422. N. 28.
In alimentorum causis nullæ res dantur ad solvendum temporis induciæ, & quare. XI. 136. 19.
De alimentis testamento relictis transactio vetita, non item pactio donationis causa. VII. 292. 1.
— quæ differentiæ ratio. VII. 293. 4.
De alimentis transactio quando, & quatenus prohibita, vel permissa, & quare. VII. 292. 1. & 293. *seqq.*
Alimenta quando & qua actione obtinere possit, qui omnia bona sua donavit eo pacto, ut aleretur a donatario. VIII. 740. 5.

— quid

BIU Cujas

— Quid si non alat, quæ adversus donatarium prodita donanti juris remedia. VII. 724. 2. VIII. 741. 6.
Aliud pro alio solvi non potest invito creditori, neque in re, neque in facto. IV. 734. 10. X. 99. 7.
Aliud in rebus quale intelligatur. IV. 734. 10.
— quale in factis. IV. 735. 11.
Aliud pro alio recte solvitur volenti creditori. IV. 736. 13.
— quando etiam invito. IV. 738. 16. 17. & 739. 17. *seqq.* X. 100. 7.
Aliud si pro alio respondeatur, & diversitas placeat stipulatori; an valeat stipulatio. XI. 426. 9. & 427. 10. & N. 8.
In aliena causa an, & cui liceat appellare. VI. 412. 5. & 415. 12. 13. & N. 16. 17.
Alius pro alieno debito conveniri non potest. VII. 865. 3.
— exceptiones istius regulæ quæ. VII. 867. 7. *seqq.*
Alium qui solvere cogit pro alio, qua pœna afficiatur. VII. 877. 1. *seqq.*
Per alium an acquiratur exceptio rei judicatæ. V. 1340. 2. & 1341. N. 4.
Filii duorum fratrum demortuorum an in stirpes succedant, an in capita, cum soli vocantur ad patrui successionem, non extantibus patrui defuncti fratribus. II. 1139. 12. 1140. *seqq.*
Fratrum demortuorum filii vocantur ad successionem cum patruis in stirpes. II. 1136. 5. & 1137.
— præferuntur defuncti fratribus ex patre duntaxat conjunctis, vel tantum ex matre. II. 1137. 6.
Fratres ex altero parente duntaxat in successione defuncti fratris excluduntur a parentibus. II. 1134. 7.
— item a fratribus utroque parente conjunctis. Et an recte. II. 1136. 4. & 1135. N. 2.
Fratres ex utroque parente succedunt apud Venetos cum fratribus ex altero parente conjunctis communi fratri. II. 1135. N. 2.
Si defuncto fratres sint, alii ex patre, alii conjuncti tantum ex matre, succedunt in paterna bona paterni; in materna bona materni: in bona defuncto aliunde quæsita succedunt utrique. II. 1138. 8.
— Vide *Parentes.*
Fratres admittuntur in judicio pro fratribus, & sororibus sine mandato. V. 214. 10.
Societas inter fratres quando tacite contracta intelligatur. III. 908. 7.
inter Fratres qui sunt in patris ejusdem potestate, non potest consistere civilis obligatio ex causa profectitii peculi. III. 649. 11. & N. 4.
Fratres ubi conveniantur judicio, non tenentur nisi in quantum facere possunt. VI. 850. XI. 257. 3. & N. 5.
Fratres uterini præteriti, aut exheredati olim de inofficioso agere poterant. V. 434. N. 8.
— hodie non possunt. II. 115. 1 V. 434. 4.
Franciæ Rex a Senatu Parisiensi jus sibi dici patitur. IX. 1039. N. 2.
Mortuo Franciæ Rege, omnium Curiarum jurisdictio, omnia regia officia confirmari solent a successore. IV. 1162. N. 61.
Franciæ regni Proceres coram Paribus præsente Rege judicantur. IV. 1328. N. 7.
Fraudis appellatione aliquando pœna, & animadversio significatur. II. 902. X. 1305. 3.
— latius patet quam dolus ex opinione quorumdam; & omne dictum factumve culpabile comprehendit. IV. 397. N. 5.
— Fraus aliis doli species est, & nunquam est sine dolo. *ibid.*
— ut coerceatur legibus, eventum simul exigit & consilium. *ibid.*
in Fraudem legis relicta non valent. II. 807. 10.
in Fraudem creditorum alienata revocantur. VI. 173. 1. 174. *seqq.* & 177. 6. 178. *seqq.*
Hereditatis aut legati repudiatio, uti & manumissio, & emancipatio eorum, quibus legatum, vel hereditas delata est, non habentur, uti in fraudem creditorum factæ. VI. 176. 2. & 175. N. 3.
— legitimæ renunciatio vivo patre facta revocari non potest, uti facta in creditorum fraudem. VI. 176. N. 3.
an in Fraudem creditorum repudiare possit heres legatum nondum agnitum a defuncto. VI. 177. N. 3.

BIU Cujas

in Fraudem creditorum non est renunciatio lucri dotalis a municipali jure concessi. *ibid.*
in Fraudem creditorum non facit, qui sororem, quam ex Statuto poterat excludere, admittit ad successionem. *ibid.*
— nec qui rogatus hereditatem restituere post mortem, statim illam restituit. *ibid.*
in Fraudem creditorum alienantur, vel res & jura vel actiones, & exceptiones. VI. 176. 2. 177.
— quomodo res, & jura seu servitutes. VI. 177. 3.
— quomodo actiones, & exceptiones. VI. 177. 4. 5.
in Fraudem alienata revocantur, quæ uni creditorum soluta fuere, posteaquam missi sunt creditores in possessionem. VI. 178.
— an & ea revocentur quæ alienata fuerunt ante missionem creditorum in possessionem. VI. 173. N. 1. 174. & 178. & 667. 9.
Quænam fraudandi causa gesta seu alienata esse dicantur, ut sit revocationi locus. VI. 178. 7. 179. *seqq.*
Fraudandi consilium in debitore, & fraudis eventus desiderantur. VI. 180. 8. 181. *seq.*
Fraudandi animum in debitore fuisse quinam probare debeat; & ex quibus judiciis colligatur. VI. 182. 9.
Non videtur in fraudem fecisse, qui a fraudatore, vel aliquid emit, vel quid aliud cum eo contraxit, si creditores consenserint, vel fidem alterius debitoris fuerint secuti. VI. 181.
Fraudis causa gesta restituuntur, si qua gesta sunt cum eo, qui particeps fraudis rem accepit in Fraudem alienatam. VI. 182. 10. 183. & 184. 12.
Quid si fraudis inscius initio contractus rem accepit, fraude comperta. VI. 183. N. 14.
Cum pupillo gesta sive sciente, sive ignaro, omnimodo revocantur, fraude creditorum secuta. VI. 183. 11.
— revocantur item quæ donationis causa in fraudem creditorum sunt alienata, donatario sive sciente, sive ignaro. VI. 183. 11. & 184.
— Vide *Pauliana actio.*
Rei in fraudem creditorum alienatæ possessionem & dominium restitui oportet. VI. 188. 16.
— & quando pretium alienatæ rei in fraudem sit restituendum. *ibid.*
Fraudulentus emptor, qui alii bona fide ementi rem vendidit, integrum rei pretium quod accepit, restituere tenetur. VI. 188. N. 24.
Obligatio sive pura, sive conditionalis in fraudem alienata, item actio per fraudationem quæsita quomodo restituantur. VI. 188. 17. & 189. 18.
In restitutionem veniunt fructus, & partus, & omnis accessio rei in fraudem alienatæ. VI. 189. 19.
— & quinam fructus in fraudem alienatæ rei sint restituendi. *ibid.*
Fructus unde dicatur. III. 61. 1. X. 1407. 1.
— in latiore significatione fructuum nomine quæ res veniant. III. 61. 1. X. 1407. 4. & 1408. 5.
— proprie quid sit. III. 61. 1. X. 1407. 1.
Quæ res sint, quæve non sint in fructu. III. 63. 5. 6. I. 817. 1. 818. V. 844. 20. X. 1407. 4. & 1408. 5.
Fructus, vel sponte naturæ proveniunt, vel hominis facto & diligentia. Illi *naturales*, hi *industriales* appellati. I. 817. 2. III. 63. 3. 4. V. 844. 20.
— quidam & *civiles* appellati. Et quinam hi; & an proprie sint fructus. III. 63. 3. V. 844. 20. 845.
Fructus prædiorum causam pignoris sequuntur, etiamsi de eo nihil expresse convenerit. VI. 886. 6. 888. 8.
Fructus pendentes pars fundi dicuntur; & quo sensu. I. 792. 10. & N. 2. & 824. 13. VII. 800. 5. X. 1415. 32. XI. 1314. 11. & 1315.
Fructus non jure seminis, sed jure soli percipiuntur. X. 1415. 33.
— quando percepti intelligantur. I. 823. 12. X. 1416. 35.
— industriales an ita fiant bonæ fidei possessoris, ut illos restituere non teneatur sive extantes, sive consumptos. II. 829. 4. 830. *seqq.* X. 1418. 43. 1419. *seqq.*
Fructus *extantes* auctori sunt fructus pendentes. X. 1422. 46.
— Vide *Bona fides*, & *Bonæ fidei possessor.*
Fructus conditionem rei, ex qua nati sunt, atque editi, sequuntur. I. 794. 2.
— perceptione acquiruntur, & quidem potestate & beneficio rei nostræ. I. 795. 3. *seqq.*
Fructus percipiendo suos faciunt invito domino fructuarius, usuarius, & bonæ fidei possessor. I. 799. 1.
— Vide *Usufructuarius*, & *Usuarius.*
Fructus rerum hereditariarum semel percepti fiunt hereditarii; atque augent hereditatem, etiam non honeste percepti. V. 648. 13. & 749.
— restitui debent a bonæ fidei possessore etiam percepti ante litem contestatam. Et quare. V. 649. 14. 650. & N. 4.
— Vide *Hereditatis petitio.*
— quinam augeant hereditatis æstimationem, vel secus in computatione Falcidiæ. II. 961. 24. 25.
— a fiduciario percepti, posteaquam adivit hereditatem, eidem acquiruntur, nec repeti possunt a fideicommissario. II. 631. *seq.*
— nisi tamen fideicommisso moram fecerit fiduciarius, aut testator fructus cum hereditate restitui voluerit. II. 633. 13. 634. *seqq.*
— Vide *Fiduciarius.*
— quinam præstandi legatario, & ex quo tempore. II. 1095. N. 3.
Nascituri fructus an obligari possint. III. 595. 7. & N. 2.
— petiti an designari debeant in rei vindicatione. V. 817. N. 20.

BIU Cujas

— restitui debent omnes ante litem contestatam, vel percepti, vel qui percipi potuere. V. 845. 21. 846. 22.
— percepti an restitui debeant a quocunque sive bonæ, sive malæ fidei possessore. V. 848. 24. 849. *seqq.*
— Vide *Rei vindicatio.*
In omnibus judiciis fructus cum repetita restituendi sunt post litem contestatam, etiam qui percipi potuere, licet nulla mora intervenerit. X. 1409. 8. 9. *seq.* & 1424. 51. XI. 184. 3. & 1306. 1. 1307. & 1309. 4.
Non computantur fructus nudæ proprietatis petitæ, neque petiti usufructus. X. 1409. 11.
Fructus ante litem contestatam percepti an veniant in restitutionem. Ac primum an restituendi in actionibus in personam. X. 1409. 1410. 12.
— veniunt, si convenerit, ut cum re etiam fructus præstarentur. X. 1410. 13.
— aliter non veniunt. XI. 1308. 23.
— & quare fructus ante litem contestatam percepti in fundi stipulationem non veniant, si de illis nihil expresse cautum fuit. XI. 1308. 2. 3. 1309. 5. 6. 1310. *seqq.*
— debitæ rei fructus debentur in bonæ fidei judiciis, in legatis, & fideicommissis post moram. X. 1411. 17. VI. 770. 26.
— non tamen in aliis judiciis stricti juris. X. 1411. 17. *seqq.* 1412. IX. 1452. 73.
Fructus in strictis judiciis debentur ex eo die, quo primum condictio nata est, ubi rem nostram petimus, quæ sine causa sit apud alium. X. 1413. 21. *seq.*
In condictione ob causam dati, causa non secuta, quorum fructuum ratio habeatur. X. 1413. 23. & 1414. 24.
Fructus ex quo tempore sint restituendi in condictionibus ex maleficio. X. 1414. 25.
— ex quo tempore in actione Pauliana, & Faviana. X. 1414. 26.
de Fructibus restituendis in actionibus in rem. X. 1414. 27. & 1415 *seqq.*
— Vide *Bonæ fidei possessor, Fides,* & ibi *Malæ fidei possessor, Rei vindicatio.*
Fructus restituendi sunt post rem judicatam in bonæ fidei judiciis, & in arbitrariis, si mora ante sententiam intervenerit. X. 1424. 52. & 1425. 54. 55.
— restituendi non sunt post rem judicatam in strictis judiciis, etiamsi antea mora intervenerit; & quare. X. 1425. 57.
— utrobique fructus intelliguntur, non quidem percepti, sed qui percipi potuere. X. 1425. 58. 59.
Dependere fructus quid sit. X. 1425. 59. & 1426.
Fructus intelliguntur deductis impensis. III. 1063. 18. X. 1426. 62.
ex Fructibus restituendis deducuntur impensæ fructuum causa factæ, etiam a malæ fidei possessore. X. 1426. 60. 61.
Condemnatus, aut absolutus de re principali, fructuum nomine etiam condemnari, vel absolvi debet. VI. 309. 5.
— reus etiamsi de re principali absolutus fuerit; condemnari tamen debet ratione fructuum, qui amissionem principalis rei præcessere. V. 871. XI. 184. 3.
Non jus seminis, sed corporis, unde percipiuntur spectatur in fructibus. I. 796. 4.
— quorsum, & quare. XI. 186. 6.
— quando sublata actione de re principali, superesse possit actio de fructibus. XI. 186. 5.
Frumentum alienum qui bona fide suo miscet, facit suum. I. 789. 4. *seqq.*
— alienum manet, si quis mala fide miscuerit. *ibid.*
de Frumenti mixtione an idem juris constituendum sit, quod de mixtione nummorum fuit constitutum. I. 789. 4. 790. 7. 791. 8. & N. 1.
Prior frumenti commixti dominus contra quos, & quo ordine agere debeat. I. 792. 9.
An usuræ frumenti debeantur. VIII. 397. 1.
— cur ex pacto etiam nudo debeantur aliter, atque usuræ pecuniæ. VIII. 397. 2. 398. 3.
— ad quem modum præstari debeant. VIII. 413. 1. 414. & 416. 6. 7.
Frumento mutuo dato, accessiones ejusdem generis præstantur pro usuris; & quare. VIII. 451. 3. 452. *seqq.*
Quæ tempora spectari oporteat in æstimatione frumenti, quod alteri debetur. XI. 1119. 1. 1120. *seqq.*
— Vide *Æstimatio.*
Frumentaria pecunia eadem, quæ annonaria I. C. Papiniano. IV. 844. 9.
Frustrari, frustratio quid sit. X. 1431. 4.
Fugæ si metus adsit, debitum peti potest ante diem. IV. 69. 2.
Fugæ suspectus an propria auctoritate capi possit: an judicis auctoritas imploranda. IV. 1046. N. 13.
— potest sequestratione mobilium coerceri, si non possideat res immobiles. *ibid.*
— solet moribus quarumdam gentium arrestari. *ibid.*
de Fugitivorum conditione, & fugæ requisitis, atque suspicionibus quinam scripserint. IV. 1046. N. 13.
Fumum immittere citra servitutem quando liceat. III. 273. N. 12.
Fumi immittendi servitus. Vide *Servitus.*
Funambuli ipso jure infames. V. 93. N. 1.
Functionem publicarum debitum omne ad emptoris onus pertinet, etiam præteritorum annorum; & quare. VIII. 1069. 2. 3.
Publicarum functionum nomine quandonam venditor emptori teneatur. VIII. 1069. 4. & 1070.
Functionem recipere quid sit. X. 98. 4.
Functionem quæ res in genere suo recipiant. X. 95. 1. 96. *seqq.*

BIU Cujas

Quæ res functionem recipiunt, non eædem numero, sed aliæ ejusdem generis, & bonitatis reddi debent. III. 1053. 4. X. 98. 6.
— nonnisi ad pompam, & ostentationem commodari queunt. III. 997. 4. & N. 4.
— numero dividuntur, non corporibus inter heredes. II. 455. 17. 18.
— in dotem datæ soluto matrimonio reddi possunt æquis portionibus in tres annos divisis. III. 1031. 9. & 1032.
— Vide *Dos*, *æstimatio*.
— in his rebus nihil refert, utrum res ipsæ, an illarum æstimatio petatur. X. 1438. 22.
Fundus nomen juris. Et quid significet. I. 913. N. 3. XI. 1116. 7. & 1117. 8.
Fundus sine adjuncto possitus inutiliter promittitur, & quare. IV. 11. 20. & 12. XI. 1465. 13. & 1468. 19.
Fundo promisso, nulli fructus postea nati, & percepti ante litem contestatam etiam sine mora præstandi sunt; & quare. XI. 1308. 2. 3. 1309. 5. 1310. *seqq*. & 1316. 12. 1317. *seqq*.
An præstandi pendentes fructus fundi promissi. XI. 1313. 10. 1314. *seqq*.
— Vide *Stipulatio fundi*.
Fundo promisso, non veniunt fundi accessiones. Et quare aliud in fundo pignori obligato. XI. 1310. 7. 8. & 1311. 9.
Fundi instructi, & fundi cum instrumento legati differentia. II. 833. 24. & 835. N. 13.
Fundi usufructu legato quid contineatur. III. 58. 8. & 59.
— Vide *Ususfructus*.
Fundi usus quibus in rebus versetur. III. 215. 8. *seqq*. 216. *seqq*.
— Vide *Usuarius*.
in Fundi venditionem an veniant fructus, vaccæ, vituli, silvæ, ligna incisa. III. 798. N. 4.
— Vide *Legatum*, *Evictio*, *Fines*.
An fundi furtum fieri possit. IV. 246. 2. & N. 5.
Adversus ingredientem fundum invito domino licet uti vi cum moderamine inculpatæ tutelæ; & adversus ingressum vi factum dominus agere potest injuriarum. II. 1210. 24.
Qui fundum promisit, non liberatur, nisi fundi proprietatem tradat conjunctam cum usufructu. XI. 1081. 4. & 1085. 5. 6. & 1086. & 1533. 1. & 1534.
— qui primo fundum, detracto usufructu, promisit, deinde ejusdem fundi usumfructum, si dederit usumfructum, & postea fundum tradiderit, detracto usufructu, liberatur. XI. 1533. 1534. 2.
Funeris impensa facienda est ab herede. II. 462. 11.
Quænam funeris causa factæ dicantur impensæ. II. 955. 11.
Qui in funus impendit, creditum suum repetit ante creditores omnes chirographarios. IX. 1107. 4.
— non tamen præfertur creditoribus hypothecaris *ibid*.
— præterquam iis, qui habent tacitas hypothecas invectorum, illatorum ab inquilino, & item legatorum. Et quare. IX. 1107. 4. & 1108.
Funeris causa an privilegio Fisci sit potior. VI. 157. N. 6.
Furiosus an, & quatenus detur utiliter tutor. I. 391. 3.
— an tutelam gerere possit illo tempore, quo habet lucida intervalla. I. 392. N. 2.
— inhabilis est ad contrahendum, etiam cum de acquirendo agitur. ~~III. 634. 7. & 645. 3.~~
— non obligatur, etiam auctore tutore, vel curatore. ~~*ibid.*~~
— nisi contraxerit, quando habet dilucida intervalla. Et quandonam habere intelligatur. ~~III. 634. N. 3.~~
— etiam cum rem detinet, possessionem tamen non acquirit. ~~I. 983. 4. 5.~~
— an possessionem acquirere valeat auctore tutore, vel curatore. ~~I. 1001. 1. & N. 1.~~
— testamentum facere non potest. II. 32. 10.
— nisi facere cœperit, perfeceritque, cum habuit lucida intervalla. II. 32. N. 13. VIII. 1359. 1.
— potest heres institui. I. 162. 37.
— hereditatem sive testamentariam, sive legitimam acquirere non potest, nec auctore tutore, vel curatore. ~~II. 438. 2.~~
Furiosus infans, vel per parentes masculos, vel per tutorem hereditatem acquirit; quæ & ipso mortuo transmittitur ad heredes. ~~II. 438. 2. 440. 4. & 441. *seq*.~~
Puberis furiosi curator hereditatem furioso delatam potest admittere Et quatenus furioso proficiat hereditatis agnitio per curatorem facta. ~~II. 438. 2.~~
— codicillos facere non potest. IX. 471. 1.
Si rogatus fuerit restituere hereditatem, curator ejus nomine, accepta bonorum possessione, transfert actiones. ~~II. 603. 2.~~ IX. 737. 1.
Si hereditas sit restituenda furioso: ea per curatorem administratur, & quandiu, & quatenus. II. ~~604. 6.~~
— restituta hereditas ad quos perveniat, si furiosus in furore decesserit. ~~II. 604. 2.~~ IX. 739. 3.
— jusjurandum deferre non potest, etiam auctore tutore, vel curatore. X. 643.
— judex dari non potest, etiamsi non sit perpetuo furiosus. IV. 1368. 3.
— non potest esse procurator. V. 202. 15.
— non potest esse testis. VII. 1119. 2. 3.
Societati cum homine sanæ mentis, qui postea in furorem inciderit, contractæ renuntiare potest curator furiosi. An & possint renuntiare socii ejusdem furiosi. VIII. 721. *seqq*.
Furioso substitui potest, exemplo impuberis. IX. 264. 4.
Furioso solvi non potest, neque soli, neque auctore tutore, vel curatore. IV. 748. 9.
— tutori tamen, vel curatori furiosi, recte solvitur. IV. 755. 19.
~~Furioso alienatio bonorum interdicta. II. 1218. 10.~~
Furciferi qui dicantur. IV. 256. N. 13.

BIU Cujas

Fur manifestus quinam. IV. 257. 16. & N. 15.
— nocturnus impune necari potest, uti diurnus etiam, si se cum telo defendat. IV. 1047. N. 14.
— potest capi a privato. *ibid.*
— est perpetuo in mora. X. 1451. 71.
Fur non est, qui tantillum furatur famis pellendæ causa, facile alioquin periturus. IV. 251. N. 9.
Rem suam a fure dominus stipulatur inutiliter. XI. 705. 1. 707. 2.
Quomodo fur post stipulationem rei suæ a domino factam interitu furtivæ rei liberetur. XI. 707. 3. 708.
— furtivæ rei quando moram quis facere desinat. XI. 708. 4.
Quo jure, & quomodo rem nostram persequi, & condicere possimus adversus furem. VI. 716. 6. 717. *seq.*
Fures quibus non tentur appellationibus. IV. 245. N. 3. & 246.
— quibus afficerentur pœnis apud Romanos, & apud alias gentes. IV. 255. N. 13.
— hodie suspendio fere necantur apud omnes. *ibid.*
Furtum quid sit; & unde nomen suum derivet. IV. 243. 1. & N. 1. 244. N. 2. 245. 2.
— natura turpe, & probrosum. IV. 244. N. 2.
— an minus natura turpe, quod moribus quarundam gentium permissum fuerit. *ibid.*
Furtum tria constituunt, & quæ. IV. 245. 3. 246. *seq.*
in Furto contractatio rei fraudulosa requiritur. Et quibus rebus efficiatur talis. IV. 246. 3. 247. *seqq.*
— sine affectu furandi non committitur. IV. 249. 7.
Furtum facit debitor, qui rem suam, quam pignori obligavit, subtrahit creditori. IV. 247. 4.
Etiam liberi hominis qui sit in alterius potestate, furtum fieri potest. IV. 248. 4.
Furtum committit, qui invito domino rem contrectat: non qui probabiliter putat, se volente domino rem contrectare. IV. 249. 6. 7. & 250.
Furti non obligatur infans, sive infantiæ proximus. IV. 250. 7.
— nec obligatur, qui rem contrectat ut frangat, vel perdat; sed qui contrectat, ut inde lucrum faciat. IV. 250. 8. & 251.
Furti tenetur, non tantum qui rem contrectat, sed & qui opem dederit aut consilium. IV. 245. 2.
Furtum rei hereditariæ committi non potest; & quare. IV. 249. N. 8.
in Furto levissima culpa præstatur, furto domestico excepto. IV. 656. 12. & N. 12.
Conceptum furtum aliud ab oblato quodnam sit. IV. 256. N. 14.
Concipere rem furtivam quid sit, & an hodie liceat. *ibid.*
Conceptio rei furtivæ nec furtum probat, neque per eam quæstioni datur ipse, apud quem furtum est inventum, nisi sit vilis homo. *ibid.*
Furtivæ rei recuperandæ causa quotuplex actio prodita. IV. 252. 9. 10.
Furti coercendi causa duplex actio constituta, criminalis, & civilis. IV. 255. 15.
— criminalis quid persequatur. *ibid.*
— furti actio civilis pœnam furti privatam, quadrupli, vel dupli persequitur, præter æstimationem rei furtivæ. IV. 256. 16.
— pœnam quadrupli in furto manifesto; dupli in furto nec manifesto constitutam. IV. 256. 16. & N. 14. VII. 781. 2.
— quadrupli proposita est adversus eum qui aliquid abstulit, vel amovit ex incendio ruina, naufragio, & ex nave expugnata. IV. 257. 16.
Furti sive manifesti, sive nec manifesti damnatus, suo nomine notatur infamia. IV. 257. 17.
— item qui de furto transigit. *ibid.*
Furti actio quibus rebus differat a condictione furtiva. IV. 257. 18. 258. *seqq.* VII. 781. 3. *seqq.* 782. *seqq.*
— Vide *Condictio furtiva.*
— datur domino rei furto ablatæ. IV. 257. 18. VII. 781. 5.
— quando detur commodatario, creditori, fullonì; & quatenus. IV. 258. 18. VII. 781. 5.
— non datur malæ fidei possessori. IV. 258. 18.
— datur adversus furem, & adversus illos, qui opem, consiliumve dedere. IV. 258. 19. & 259. VII. 781. 6.
— datur adversus nautas, caupones, stabularios, sive hi aliquid subripuerint hospitibus suis, vel opem consiliumve dederint; sive operæ ipsorum furtum fecerint. IV. 259. 20.
— quatenus detur parentibus, & dominis adversus filiosfamilias, & servos. IV. 260. 21. 261. 22.
Actio furti famosa non permittitur adversus familias. I. 261. N. 20.
Quare furti actio viro negetur adversus uxorem, & vicissim, cum quid alter alteri amovit constante matrimonio. IV. 262. 23.
Furti actio an negetur adversus socium. IV. 262. N. 21.
Furti actio an competat de tabulis, & instrumentis furto subtractis ante, vel post transactionem de illis factam. VII. 343. & 344. 7.
Furtivæ res quænam sint. I. 1131. 6.
— Vide *Res furtivæ.*
Fustigatio non est atrox pœna. V. 134. N. 19.
— nec inurit infamiam, nisi inferatur ex causa famosa. V. 133. 27. & N. 19.

BIU Cujas

G

Galli quomodo utantur Romanorum legibus. IV. 258. N. 16.
Gallorum moribus recepta est bonorum universorum communio inter virum & uxorem. Et ad quas ea sit dimetienda regulas. III. 914. 8. 915. & 918. 14. 919. 15.
— an eadem sit apud omnes Gallos. III. 913. N. 5. & 914.
in Gallia frumentorum, quæ adhuc in herba sunt, vetita venditio. III. 595. N. 2.
Gallus Aquilius. Vide *Aquilius*.
Gemma nostro annulo inclusa cedit annulo. I. 905. 1.
— possidetur una cum annulo. I. 993. 11.
— inventa in littore maris primo occupanti acquiritur. I. 701. 4.
Gener, & nurus an competentiæ beneficio gaudeant. XI. 257. N. 7.
Quodnam sit legatum Generis. II. 866. 15.
Generis obligatio quando valeat, aut secus. IV. 9. 14. 15. & 10. *seqq.*
Generi per speciem non derogatur. V. 489. 11. 490. XI. 1012. 6.
Genera rerum, vel ipsa per se talia, vel ex hominum constitutione. IV. 9. 15. & 10. 20. & 12. *seq.*
Generosus a nobili quid differat. X. 828. N. 17.
Genii fatales quinam. III. 971. N. 3. & 972. 7.
Gentiles pro ethnicis cur ita dicti. V. 100. N. 13.
Gentilium idola, & eorum cultus proscriptus. I. 196. 197. & N. 3.
Gentium jus. Vide *Jus gentium.*
Genus quid apud Jurisconsultos significet. IV. 9. 13. XI. 1021. 15.
— a specie quomodo differat. XI. 1023. 16.
— perire non potest. IV. 604. VII. 611. 6. 7.
Geometræ a tutela immunes. I. 492. N. 13.
Germani lites duello dirimere soliti. V. 759. N. 1.
— raro faciunt testamenta. II. 225. N. 1.
— rarus apud illos usus substitutionum. *ibid.*
Germaniæ Imperator in propria causa Comitis Palatini judicium subit, & in Curia sua convenitur. IV. 1039. N. 2.
— Principes in causa proscriptionis coram Imperatore conveniuntur. IV. 1328. N. 7.
— Princeps inferior si litem habeat cum subdito, in camera Imperiali convenitur. IV. 1039. N. 2.
Gerere pro herede quid sit. II. 422. 4. & 423.
— pro *adire* quando usurpetur. *ibid.*
— & quomodo differat. *ibid.*
Cur sit ambiguum, quando aliquis pro herede gessisse intelligatur. II. 428. 11. 429.
Animus pro herede gerendi, quibus rebus deprehendatur. II. 429. 12. 13. & 430. *seqq.*
— quibus item rebus appareat animus non gerendi pro herede. II. 434. 21. 22. 435. *seq.*
Ille solum fit heres, pro herede gerendo, qui vocatur ad successionem jure civili, non jure prætorio. IX. 341. 3. 4.
— Vide *Heres.*
In eo quod geritur semper ita affectus esse quisque putatur, ut velit valere quod agitur. II. 431.
Gesticulatores quinam, & quare infames. V. 93. N. 1.
Gladiatores quinam sint, & quomodo differant ab athletis. V. 94. N. 1.
Gladiatorum venditio cur dicta auctoratio. I. 236. N. 14.
Gladius justitia index, & superioris potestatis insigne. IV. 1143. N. 39.
Gladii appellatio quamcumque coercictionem graviorem, pœnamve significat. IV. 1143. N. 39.
— item quælibet pœnarum genera, quibus vita adimitur, comprehendit: non autem pœnas supplicio mitiores. *ibid.*
Glans latiore significatione fructus omnes complectitur; & quare in eo sensu usurpetur. IV. 345. 8. & N. 5.
— proprie dicta, ex quibus arboribus nascatur. IV. 345. N. 5.
de Glande legenda proditum interdictum, quidnam persequatur; & cui competat. IV. 345. 8.
Gnaruisse quo sensu T. Livius usurpaverit. II. 621. N. 2.
Gradus vox quid significet. IX. 201. 8.
Quinam sint gradus, intra quos prohibeantur nuptiæ inter cognatos, & affines. III. 941. 6. *seqq.* & 942.
Civilis graduum computatio probatur etiam a jure canonico in successionibus. II. 1148. N. 15.
Gradus heredum quinam sint, & quare ita dicti. II. 227. & 228.
Græca fide mercari quid sit. 5. 743. N. 4.
Grammatici sunt immunes a tutela. I. 492. 36. 493.
— decreto sui ordinis probari debent, priusquam recipiantur. V. 57. 21.
Gratiæ tres quomodo dipingerentur; & quorsum. III. 434. N. 14.
Gravamen est necessario explicandum in appellatione ab interlocutoria, non a definitiva. VI. 424. N. 34.
— Vide *Appellatio.*
Gregis vocabulum non solum fœtus, sed & familiam significat. II. 629. N. 4.
Grex, ut minimum, decem ovibus constat. III. 163. 5. V. 813. N. 15.

BIU Cujas

— vindicari potest, si capita gregis singula, vel major eorum pars, nostra sint. V. 812. 13.
— noster dici potest, etiamsi nova capita omnia sint substituta veteribus. V. 813. 13.
Grex, in quo parem duo domini habent ovium numerum, a neutro vindicari potest in totum, aut in partem, & quare. V. 813. 13. & N. 16.
— singula tamen gregis capita vindicari possunt. IV. 813. N. 16.
Grex, ubi sit vere communis duorum dominorum, potest ab uno vindicari pars ejus dimidia. V. 813. N. 16.
Gregis legati perit ususfructus, ubi grex ad novem capita redigatur. III. 163. 5.
Grege pignori obligato, illa etiam capita obligantur, quæ sunt in demortuorum locum substituta. VI. 885. 5.
Guaranda quid sit; quæ illius præstandæ necessitas. VI. 114. N. 22.
Guarantizare quid sit. *ibid.*
de viribus instrumenti liquidi vulgo guarantigiati. XI. 244. N. 21.
Gymnasii verbum num academiæ conveniat. IV. 1332. N. 9.

BIU Cujas

H

HAbere, significat, vel rem tenere jure dominii, vel nudam rei possessionem. XI. 755. 1. 756. *seq.* & 759. 1.
Habere licere. Vide *Stipulatio.*
Habitare quid sit, & unde dictum. III. 183. 3.
Habitatio an species personalis servitutis. III. 4. 5. & 3. N. 3.
— constituitur testamento, & pactionibus. III. 181. 1. & 182. & 4. 5.
— veteribus erat idem atque usus : hodie habetur pro usufructu. III. 4. 5. & 181. 1.
— cujus tamen dies cedat in dies singulos. III. 183. 3.
Habitatio ab usu, & ab usufructu quid differat. III. 3. N. 3. & 181. 1. 182.
— amittitur morte fructuari, rei mutatione, non utendo, capitis deminutione. III. 182. 2. & 183. 3.
D. Hadriani beneficium quodnam sit. VII. 1001. 2.
— Vide *Beneficium, Epistola.*
Hæresis reus libros suos edere tenetur. VI. 87. N.
Hæretici quinam sint. V. 100. 3. & N. 13.
— ipso jure notantur infamia. V. 100. 3.
— excommunicatione separandi a veris ecclesiæ membris. *ibid.*
— advocationis officio fungi non possunt. Et quæ illorum pœna, si contra fecerint. V. 54.
— ab judicandi munere arcentur. *ibid.*
— damnari possunt absentes. V. 180.
— num a gravamine appellare possint. VI. 413. N. 10.
— quinam institui prohibeantur heredes. II. 154. 24. IX. 119. 12.
Hastæ publicæ auctoritas facile convelli non debet. V. 1122. 14. & N. 13. *seq.*
— quinam ejus usus apud Romanos. VI. 149. N. 3. VIII. 956. 10
Hastæ appellatione quidnam hodie contineatur. VIII. 956. 10.
sub Hasta vendere quid sit. *ibid.*
Heliasticum vulgo dictum, Atheniensium judicium. VI. 214. N. 3.
Qui in Heliasticum allegebatur, jurabat quotannis in leges. *ibid.*
Heredem instituere quid sit. II. 200. 201. 1.
Heredes institui qui possint. II. 148. 11.
— possunt institui soli cives Romani. II. 148. 11. 149.
— non omnes tamen. Et quinam ex his excipiantur, & quatenus. II. 155. 25. 26. 156. *seqq.*
— Vide *Adulter, Liberi naturales, Incestuosi.*
Heredes institui non possunt peregrini. Duo peregrinorum genera, & quæ. II. 149. 12. 13. 150. *seqq.*
— Vide *Captivus, Deportatus, Hæreticus, Servus.*
Heredes institui possunt furiosus, prodigus, pupillus, Filiusfam. licet hi testamentum facere non possint. II. 162. 37.
— an possint institui incertæ personæ. II. 163. 39. 40. & N. 21.
— an Civitates, Municipia, Vici, Collegia. II. 163. 41. & 164. N. 24.
Heredes possunt institui, unus, vel plures. II. 195. 1.
— nec plures numero tantum, sed etiam gradu. II. 196. 2.
— & quidem tam ex æquis partibus, quam disparibus. II. 197. 3.
Heredes quomodo instituantur. II. 201. 2. & 204. 9. *seqq.*
— debent esse scripti, vel nuncupati in testamento. II. 202. 4. 203. 8.
— designantur verbis, vel nomine proprio, vel demonstratione, quæ nominis vice fungatur. II. 202. 5. 6. & 203.
— etiam indicio digiti, ubi præsentes sint, demonstrantur. II. 203. 7.
Heredes non sunt, etiamsi in testamento scripti, vel nuncupati fuerint, quos testator heredes esse noluerit, sive errore, sive incogitantia. II. 204. 9. 10.
— errore, quibus modis. II. 204. 11. *seqq.*
— incogitantia, quomodo. II. 205. 16. & 206.
Heredes plures instituti, nullis adscriptis partibus, instituti videntur ex æquis partibus; & quomodo. II. 210. 23.
— si ita sint instituti; *ex partibus, quas adscripsero*, partibus deinde non adscriptis, ex partibus instituti censentur. II. 211. & 212. 25.
Quando heredes instituti sunt ex partibus, ea necessario exprimi debent a testatore. II. 210. 24.
Heredes plures instituti non censentur ex æquis partibus, si quidam illorum conjunctim, quidam disjunctim sint instituti; & quare. II. 213. 2. 214. 3.
— Vide *Conjuncti, Disjuncti.*
Heredum extraneorum habilitas ex tempore facti testamenti, mortis testatoris, & aditionis hereditatis æstimatur. II. 164. 42. 165.
— suorum autem, & necessariorum habilitas ex tempore facti testamenti, & mortis testatoris duntaxat. II. 166. 43.
Heredibus institutis ex certis partibus, quæ tamen assem non æquent, residuæ partes pro qua portione singulis accrescant. II. 215. & 216. 6.
— quomodo decrescant singulis, vel accrescant, cum partes adscriptæ assem superant. II. 216. & 217. 7. & N. 2.

BIU Cujas

Cum sunt heredes quidam prius ex asse instituti: quam partem hereditatis ferat alter, qui vel ex dimidia simpliciter, vel ex ejusdem hereditatis dimidia posterius sit institutus. II. 217. & 218. 8.
Cum heredes quidam ex parte certa sunt instituti, & alter scriptus sine parte: quando hic, vel partem assis ferat, vel nullam. Et quando alterum assem solus consequatur. II. 218. 9. & 219. *seq.*
Heredes obligantur ex persona defuncti. IV. 589. 1. VII. 929. 1.
— interdum habentur pro possessoribus, etiam non apprehensa possessione. X. 592. 25. 593.
Heredes sunt, vel necessarii, vel voluntarii. II. 332. 2.
— quidam sunt absolute necessarii; quidam sui & necessarii. II. 333. 3.
— quinam necessarii, & non sui. II. 333. 4. 334. *seq.*
Heredes fieri necessarios, quam habeat sententiam. II. 335. 14. 336.
— heredes necessarii obstringuntur ære alieno, etiamsi hereditas non sit solvendo; & veneunt illorum bona, non testatoris; & quænam. II. 336. 15. 337. *seq.*
— quomodo adhuc ignari sui status sibi invicem acquirant. X. 593. *seq.*
Sui heredes quinam sint. II. 341. *seq.*
— Vide *Suus*, & *Sui*.
Heredes voluntarii sive extranei quinam sint. II. 369. *seq.*
— quibus conditionibus hereditatem acquirant. II. 387. 2. 3. 388. *seqq.* & 397. 1. 398. *seqq.* & 405. 1. 406.
— item quibus modis. II. 419. 1. 420. *seqq.*
Quandonam in solidum, vel pro parte heredes agere, aut conveniri possunt in dandi obligationibus, seu stipulationibus. XI. 454. 1. & 455. *seqq.*
Ex stipulationibus, in quibus res promissa natura divisionem non recipit, heredes promissoris singuli tenentur in solidum. XI. 460. 5.
Quomodo ab uno ex promissoris heredibus solida servitus utiliter peti possit. Et quis hujus petitionis exitus. XI. 460. 6.
Singuli heredes stipulatoris solidam servitutem petunt. Et quæ hujus juris ratio. XI. 461. 8.
— Cur diversum jus obtineat in promissoris & stipulatoris heredibus circa æstimationem servitutis præstandam & auferendam. XI. 462. 9. 10. 11.
Si promissor hominis decesserit, pluribus heredibus relictis; singuli heredes pro parte solvendo liberari non possunt. XI. 454. 1. & 455. *seqq.* & 463. 1. 2. & 464. *seqq.*
— Si tamen ii sponte solverint, non autem si sint judicio condemnati. XI. 465. 5. 6. & 466. *seqq.*
Facto unius ex promissoris heredibus quando cæteri coheredes teneantur, & quomodo. XI. 470. 1. & 471. *seqq.*
Re individua promissa, singuli cum in rei præstationem, tum in ejus rei æstimationem tenentur in solidum. XI. 474. 6.
— facto individuo promisso, si contrafactum sit: singuli pro hereditaria portione præstant æstimationem facti. *ibid.*
— quænam differentiæ ratio. XI. 474. 7.
Uno ex heredibus stipulatoris ire agere prohibito contra quam cautum erat, solus ipse non cæteri, agit in id quod sua interest. XI. 475. 1.
— cur secus in heredibus promissoris. XI. 475. 2. 476. *seq.*
— quare pœna in solidum committatur, tametsi non omnium stipulatoris heredum intersit; & ejus petitio omnibus heredibus acquiratur ex stipulatione hereditaria. XI. 477. 3. 4. & 475.
— quinam illam petentes doli mali exceptione repellantur; & quare. XI. 478.
Actiones ex contractu, vel quasi, quæ rem persequuntur, dantur in heredes in solidum ex defuncti dolo, etiamsi nihil ad eos pervenerit. IV. 592. 7. VII. 960. 8. *seqq.* 962. 15. XI. 1499. 2. 1500. 4.
— rei persecutoriæ actiones quæ sint. VII. 959. 6. IV. 594. 9.
— quatenus pœnam persequuntur, non dantur adversus heredes. IV. 592. 7. VII. 961. 12. *seqq.*
Actiones pœnales ex maleficio, vel quasi non dantur in heredes, ad quos nihil pervenerit ante litem cum defuncto contestatam. IV. 591. 6. & 971. 49. 50. VII. 962. 17.
— transmittuntur adversus heredes, lite cum defuncto contestata; & ubi aliquid ex defuncti maleficio ad eos pervenerit. IV. 594. 10. 595. VII. 966. 34. *seqq.* 967. *seqq.*
Quando nam heredes pœna defuncti teneantur ante litem cum defuncto contestatam. VII. 967. 37. *seq.* & 968. 39. & 970. 46.
Actiones pœnales, an veteres, an aliæ competant adversus heredes ante litem contestatam de eo quod pervenit ad illos. VII 968. 969. 39 40. *seq.*
Alia de causa non dantur in heredes actiones pœnales quæ nascuntur ex maleficio: alia non dantur quæ veniunt ex contractu. VII. 962. 18. & 963.
— quænam sint ex maleficio pœnales. IV. 594. 9. VII. 964. 27. & 965. 28. 29.
— competunt adversus heredes quæ nascuntur ex maleficio, si habeant rei persecutionem. IV. 591. 5. VII. 963. 19. *seqq.*
Cum agitur adversus heredes actione in rem, sive hypothecaria, quinam ex heredibus in solidum conveniatur. VII. 942. 22.
— quid tamen si is, adversus quem agi cœperat lite jam contestata, decesserit pluribus heredibus relictis. VII. 942. 23.
Quomodo actiones ab heredibus, & contra heredes incipere possint, quæ neque a defuncto, neque adversus defunctum incipere potuerunt. IV. 595. 11. & 596. VII. 859. *seqq.*
Pro herede gerere quandonam pro *adire* usurpetur; & quatenus ab illo differat. II. 422. 4. & N. 10. 423.

Pro

Pro herede gerere quid sit. *ibid.*
An quis pro herede gesserit, non tam ex certo aliquo facto, quam ab animo æstimandum est. II. 428. 11. 429.
— quibus ex rebus deprehendatur animus gerendi pro herede. II. 429. 12.
Pro herede gerere intelligitur, cum heres accipit quod ei tanquam heredi dari præceptum est a testatore. II. 429. 13. 430.
Pro herede gerere videri non potest heres, qui aliquid facit, quod facere potuit, etiamsi non esset heres; puta si defunctum funeraverit. II. 430. 14.
An pro herede gessisse videatur, si servos hereditarios manumiserit. II. 430. 16. 431.
— an, si res hereditarias distraxerit, vel pecuniam hereditariam sumpserit, vel ædes inhabitarit, locarit, vel fructus ex his rebus perceperit. II. 431. 17. 432.
— an pro herede gerat, si tractet res hereditarias ut illas tueatur, veluti, si agros colat, ædes reficiat, pascat pecora, vel jumenta. II. 433. 18.
Pro herede gessisse, non videtur, si rem hereditariam, quam nunc tenet, prius quasi subripiens subduxerit. II. 434. 22.
— gessisse non videtur si veniam distrahendi, vel gerendi res hereditarias a prætore impetrarit. II. 435. 23.
— item si rem hereditariam quidem possideat; sed per errorem putet esse suam jure alio, quam hereditario. II. 435. 436. 24.
— si aperte testatus sit, se non gerere hoc animo ut sit heres. II. 436. 25.
Pro herede quis possidere dicatur. II. 616. 24. 617. *seq.*
Heredis appellatio personæ qualitatem designat. XI. 31. 4.
Heredis appellatione non primus tantum, sed & heres heredis, & ulteriores deinceps continentur. V. 603. 10.
Heredis heres, quantumcunque remotus, heres quoque testatoris dicitur. V. 603. 10. & N. 5.
— licet non proprie, sed per successionis consequentiam. II. 1066. 8.
Conditio implenda in herede an in heredis herede recte impleatur. II. 1066. 8.
Heredis heres habet jus accrescendi. II. 475. 23. & 471. 472. N. 9.
Heredi acquiruntur quæ sunt jacenti hereditati quæsita, etiamsi diu postea ille adierit hereditatem. II. 457. 26. 27. & N. 7.
— non tamen illi acquiruntur hereditas servo delata, ususfructus, & possessio rerum non ex causa peculiari quæsitarum. II. 457. 26. & 458. 28.
Heredi dantur actiones eædem, quæ defuncti fuere. IV. 590. 3.
— nec interest utrum ex contractu sint, an ex maleficio, etiam pœnales. *ibid.*
— excipitur actio injuriarum, & similes. IV. 590. 4. 591.
Heredibus per errorem institutis non aufertur hereditas ut indignis; sed quasi scripti non essent. II. 205. 14.
Hereditas quid sit, & unde dicta. II. 7. 1. & 8. *seqq.* & 11. N. 5. V. 600. 5.
— definitio Tullii, & aliorum notatur. II. 9. N. 1. 2. 3.
— pro domina habetur, & defuncti locum sustinet, & quandiu, & quare. II. 12. 4. & 13. 6. & 14. 7. V. 600. 5.
— in jure consistit, & quomodo. II. 12. 5. & 13.
— acquiritur, cum nobis delata est, unde oportet, & suscepta est ut oportet. II. 15. 2. & 387. 2. 3. V. 600. 6. & 601.
— deferre hereditatem quid sit. II. 15. 3. 16.
— delata jure dicitur, cum & defunctus est ille, de cujus bonis agitur; & justo testamento vel ab intestato defertur; & necdum quæsita est, sed tamen spes illius acquirendæ non est amissa. II. 17. 4. 5. & 18. & 388. 4. 5. 389. 6. 7. & 390. 8. 9. V. 601. 7. 602. 8.
— delata amittitur repudiatione heredis, vel ejus morte, vel tempore. II. 391. 10. *seqq.*
— tempore nulla hereditas amittitur jure civili, secus jure Prætorio. II. 396. 21. 397.
— Vide *Repudiatio.*
Hereditas, vel testamentaria est, vel legitima. II. 17. 5.
— testamentaria defertur, vel directo, vel per fideicommissum. Quæ directo, aliter civili acquiritur, ac prætorio jure. II. 18. 6.
— acquiritur, vel ipso jure suis heredibus & necessariis; vel adeundo, aut pro herede gerendo extraneis. II. 332. 2. 333. *seqq.* & 341. *seqq.* & 369. *seqq.* V. 602. 9.
— acquiritur nobis per servos, aut per liberos nostros, quos habemus in potestate. Et quomodo per hos, aut illos acquiratur. II. 333. 3. *seqq.* 334. *seqq.* & 341. *seqq.* V. 603. 10.
— acquiritur jure singulari per masculum parentem gradu proximiorem, sive per tutorem infanti. II. 440. 441. & 442. 1.
— Vide *Infans.*
ad Acquirendam hereditatem tria desiderantur, & quæ. II. 387. 2. 3. & 397. 1. 398. *seqq.* & 405. 1. 406. *seqq.*
Hereditas non adita habetur pro possessore, cum agitur de jure acquirendi per servos, quos defunctus possedit. X. 588. 22. & 592. 25.
Hereditas codicillis nec dari, neque adimi potest, sed testamento duntaxat. II. 19. 1.
Hereditas a testatore in quot ipse velit partes, dividi potest. II. 197. 4. & 215. 6. 216. *seqq.*
Hereditas in universum considerata juris auctoribus, *As* dicitur. II. 197. 5.
— partes assis duodecim, singulæ nominantur unciæ. *ibid.*
— plures ex his collective sumptæ, puta, tres quatuor, quinque, & deinceps, proprias habent appellationes, quæ vel unciarum numerum signi-

ficant

BIU Cujas

ficant, vel numerum partium assis totius. II. 197. 5. 6.
— partium assis numerum significant hæ quatuor; sextans, quadrans, triens, semis. Et quam singulæ assis partem designent. II. 198. 6.
— unciarum numerum monstrant hæ; quincunx septunx, & deinceps. *ibid.*
Hereditas est individua; & quo sensu dividi dicatur. II. 221. N. 4. 222. & 407. N. 1.
— quomodo dividatur inter heredes. II. 455. 17. *seqq.* & 456.
Si qua est in hereditate pecunia; numero, non corporibus, dividitur inter heredes. II. 455. 17.
— eadem divisio rerum, quæ, pondere, numero, mensurave constant. II. 455. 18.
— eadem quoque nominum hereditariorum divisio. II. 455. 19.
— quæ in nominibus sunt, divisionem non recipere, quam habeat sententiam. II. 456. 19.
— corpora hereditaria quomodo dividantur singula, inter heredes. II. 456. 20.
Cur legitima hereditas dividenda sit inter liberos jam natos, & ventrem prægnantem ita, ut trium numerum faciant, qui sunt in ventre. I. 129. 15. 16. & 130.
Divisione hereditatis facta per transactionem, remissum non intelligitur fideicommissum, quod ab uno heredum relictum erat; etiamsi, pœna promissa, cautum, ut divisioni staretur; ideo nec pœna committitur, si petatur fideicommissum. XI. 1529. 2. 3.
— cur, si pronuntiatum sit, contra divisionem hereditatis *fecisse videri* illum, qui petiit fideicommissum; pœna committatur, etiamsi male judicatum fuerit. XI. 1529. 4. 1530.
— an reus, cui propter fideicommissi petitionem nihil abest, exceptione doli mali repellatur, pœnam petens. XI. 1530. 5.
Hereditas alteri tradita dicitur per abusionem; & quomodo. VII. 142. 5.
— eam qui tradit alteri, cum omnibus commodis & incommodis hereditariis tradidisse intelligitur. VII. 143. *seq.*
Hereditatis commodorum genera tria, & quæ sint. II. 451. 5. 452. *seqq.* VIII. 799. 6. 7.
— Vide *Commoda.*
— tria etiam genera incommodorum. II. 459. 1. & 951. 4. VIII. 799. 8. *seqq.*
— quæ alia hereditatis onera. II. 974. 14.
Hereditatis sibi delatæ nemo partem agnoscere, partem repudiare potest. IX. 381. *seq.*
Qui partem hereditatis adivit, reliquas ejus partes, vel jure accrescendi, vel ex substitutione vulgari, aut pupillari sibi delatas invitus admittere cogitur. VIII. 383. *seqq.*
Hereditatem qui longo tempore possedit pro herede, vel possessore, non juvatur longi temporis præscriptione adversus heredem. VIII. 357. *seq.*
— nisi ubi triginta annis hereditatem possederit. VIII. 358. 2.
Hereditas fideicommissaria quæ. II. 521. *seqq.*
— Vide *Fideicommissum hereditatis.*
Hereditatis emptor a Fisco venditæ creditoribus hereditariis & legatariis respondere tenetur. Et quare. VIII. 791. 2. 792. 3. 793. 4. 6.
— convenitur pro Fisco a creditoribus, & legatariis, utilibus, non autem directis actionibus. Et quare. VIII. 794. 9.
In venditione hereditatis id agitur, ut commoda omnia, atque onera hereditaria ad emptorem pertineant. VIII. 800. 12. VII. 105. 1.
— tantum ex hereditate transire debet in emptorem, quantum in ea est venditionis tempore. VIII. 799. 3. 4.
in Hereditatis emptorem res hereditariæ non transeunt, nisi traditione secuta; & quando utiles transeant, & quando directæ. VIII. 800. 13. 14.
Venditor hereditatis, etiam post venditam hereditatem tenetur creditoribus, & legatariis. VIII. 800. 14. 15. & 801. 16. *seqq.*
— Emptor autem hereditatis illorum actiones excipere non cogitur invitus, etiamsi nominatim convenerit, ut illis satisfaceret. VIII. 803. 25. 804. *seqq.*
Venditor hereditatis agere non potest cum emptore, priusquam solverit creditoribus, & legatariis. VIII. 801. 20. 802. 21. 22.
An venditor hereditatis petere possit ab emptore, ut sibi satisdet, antequam solvat creditoribus, & legatariis. VIII. 802. 23.
— an petere possit, ut nude caveat emptor se venditori præstiturum, quod venditor postea creditoribus præstiterit. VIII. 802. 24. & 803
Emptor hereditatis debitores hereditarios judicio convenire potest actionibus directis, & utilibus. VIII. 817. 1. 2. 818. *seq.*
— & quidem utilibus statim, & suo nomine. VIII. 819. 4. 5.
— directis, sive mandatis nonnisi ex persona mandantis agere potest, posteaquam illi mandatæ fuerint a venditore. VIII. 817. 2. 818. & 819. 5. 7.
— utrasque habere cujus sit utilitatis hereditatis emptori. VIII. 819. 6. *seqq.*
Emptor hereditatis potest uti privilegio mandantis venditoris, quoties mandatis actionibus experitur. VIII. 819. 8. 820. *seqq.*
— si tamen, adhuc vivo venditore hereditatis, utatur mandatis actionibus. VIII. 822. 17.
Hereditate vendita, transeunt in emptorem actiones utiles hereditariæ sive quæ in personam, sive quæ in rem sunt. VIII. 823. 18. 19 & 824. 20.
— Si emptor hereditatem alii rursus vendiderit: utrum habeat utiles actiones primus; an secundus emptor. VIII. 824. 21.
Emptor hereditatis utiles actiones habere desinit, si venditor hereditatis eas inhibuit. Et quando id contingat. VIII. 824. 22.
Quando actiones in rem directas venditor hereditatis adimat emptori. *ibid.*

BIU Cujas

Emptor hereditatis suscipiendo actiones hereditarias nomine venditoris, eum liberat taciti pacti exceptione. VII. 107. 3.
Quidnam tacite paciscatur facto ejusmodi cum creditoribus hereditariis emptor hereditatis. VII. 108. 5. 109.
— quomodo pactum hoc emptoris cum creditoribus interpositum prosit venditori hereditatis. VII. 109. 6.
— an ea pacti exceptione venditor hereditatis liberetur a creditoribus, etiamsi emptor non sit solvendo. VII. 109. 7. & 110.
Hereditatis venditio, cui dolus emptoris causam dedit, nulla est. VIII. 813. 1. 2. & 814. 3. & 816. 8.
— nec ex ea venditor compellitur emptori tradere res hereditarias, vel actiones mandare. VIII. 814. 4.
— sed & habet, emptore excluso, persecutionem rerum hereditariarum, & actionum. VIII. 814. 5. & 815.
Hereditatis venditio emptoris dolo secuta valet, non invito, sed volente venditore. VIII. 815. 7. 816.
Hereditatis venditor, etiam post venditam hereditatem dominus esse perseverat. VIII. 825. 2. 826. 4.
— rerum hereditariarum, quas vendidit, nec tamen tradidit emptori, dominium transferre potest in alium, cui illas postea vendidit & tradidit. VIII. 826. 5.
An, & quam habeat actionem emptor hereditatis primus adversus venditorem, qui fidem fregit, vendita traditave secundo emptori hereditate. VIII. 826. 6. & 827. 7. & 828.
Hereditate vendita, quare transeunt actiones utiles in emptorem sine cessione: dominium autem non transeat sine traditione. VIII. 827. 8. *seqq.*
Hereditatis petitio quid sit. V. 596. 597. 2.
— prætoria est, & civilis. V. 746.
— quare habeat præstationes personales. V. 598. 3.
— aditionem hereditatis prævium requirit. Quando necessaria sit aditionis probatio; & cuinam incumbat. V. 599. N. 2.
— competit heredi; & quibusnam conditionibus. V. 599. 4.
— competit heredi ab intestato, tametsi legatum acceperit a scripto herede, cui statim reddidit. V. 599. 4.
— quæ tamen petitio denegatur, ubi manifesta sit petentis calumnia. *ibid.*
Qui ignorans testamenti vires, hereditatem petit ex testamento, & victus est; non prohibetur hereditatem postea vindicare, uti legitimam. V. 600. N. 3.
Hereditatem petenti quænam incumbat probatio; & quando illi non sit necessaria. V. 604. 11.
Hereditatis petitio directa competit adversus eum, qui rem hereditariam unam vel plures pro herede possidet, vel pro possessore. V. 605. 12. & 616. *seqq.* & 626. 28.
— pro herede, prove possessore possidere quid sit. V. 616. 24. 617. *seq.*
— quinam possideant, habeanturve pro possessoribus in petitione hereditatis. V. 615. 13. 616. *seqq.* & 619. *seqq.*
Hereditatis petitor non potest agere adversus illum, qui dolo possidere desiit, si prius obtinuerit a possessore rem hereditariam, vel ab eo litis æstimationem sit consecutus. V. 608. 17. 609.
An petitor hereditatis possit a possessore, vel rem petere, vel aliam litis æstimationem, cum litis æstimationem antea consecutus fuit ab illo, qui dolo possidere desiit. V. 608. 17. & 609. *seqq.*
— venditore qui dolo rem alienavit, litis æstimationem præstante, inhibetur hereditatis petitio adversus emptorem. V. 613. 21.
Agi non potest hereditatis petitione cum eo, qui nihil possidet hereditarium, etiamsi pro herede se gerat. V. 613. 22. 614.
— eadem vero tenetur, qui hereditarium aliquid vel minimum possideat. V. 614. 615.
Petitio hereditatis datur adversus illos duntaxat, qui pro herede, prove possessore possident: non autem adversus illum, qui possidet singulari titulo ad acquisitionem idoneo, licet quæsito post mortem ejus, cujus petitur hereditas. V. 622. 623. 26. & 621. *seqq.* N. 20.
Quare interrogandus sit is, qui pro herede, aut possessore possidet, ante litis contestationem: an, & qua ex causa possideat. V. 624. 27.
An reus cogi possit, ut explicet titulum ex quo possidet, in hereditatis petitione. Et quid in actionibus in rem specialibus. V. 624. 27. & 625. *seq.*
Utilis petitio hereditatis datur adversus bonorum possessorem. V. 627. 30.
— item adversus fideicommissarium, cui restituta sit hereditas a falso herede. V. 627. 31.
— adversus emptorem hereditatis, sive bonæ, sive malæ fidei, ubi aliter petitori salva res esse non possit a venditore. V. 628. 32. 33. & 629. *seqq.* & 635. 37. 636.
An adversus eum qui emit a Fisco, detur petitio utilis. V. 636. 38.
— an adversus heredem ejus, qui possedit pro herede, aut pro possessore. V. 637. 40. 638.
Petitio hereditatis persequitur res hereditarias, cum corpora, tum jura. V. 639. 640. 1. 2.
— & quidem corpora, vel habita, possessave a testatore, dum viveret, vel eo defuncto quæsita hereditati. V. 640. 2.
— sive ea habuit in dominio testator, sive pignori obligata; sive ad illa retinenda habuit exceptionem. V. 640. 3. 641. *seq.*
— persequitur res defuncto commodatas, vel apud eum depositas. V. 642. 5.
— item accessiones rebus hereditariis factas, sive per alluvionem, sive per consolidationem ususfructus. V. 643. 6. 7.

— res

BIU Cujas

— res per servos hereditarios hereditati quæsitas. V. 643. 8.
— pretia rerum ex hereditate distractarum, si tamen eæ in hereditate manserint, & quatenus. V. 644. 9.
— persequitur pænam pretii tardius soluti, si ea sit vice pretii; non autem loco ejus quod interest. *ibid.*
— item pecuniam a debitoribus hereditariis exactam. *ibid.*
— non eam tamen pecuniam, quam possessor pœnæ causa stipulatus est per occassionem rei hereditariæ. V. 645. 646. 10.
— res hereditatis causa comparatas, sive jumenta sint, sive instrumenta agro colendo necessaria V. 646. 647. 11.
— mutari potest, si litem recte administrare non possit, morbo, vel absentia impeditus, aut publicis, vel privatis occupationibus implicatus. V. 372. 7.
— mutari potest quandocunque etiam si ne causa adversario non invito. V. 372. & 373. 8.
— nisi tamen procurator habeat justas causas, cur procurationem retinere velit. V. 373. 9.
Justæ causæ procurationem invito domino retinendi quæ. V. 373. & 374. 9.
— mutandi procuratoris cognitio ad quem pertineat. V. 375. 10.
— mutare procuratorem quid sit. V. 376. 11.
— mutatio procuratoris quomodo fiat. V. 376. 12.
Cur procurator neque cum causa removeri possit post litem contestatam, adversario invito. V. 375. & 376. 11.
Procuratore mutato, vel remoto, quæcunque postea, cum illo agantur, domino non nocent. V. 477. 13.
Procurator ad defendendum datus, etiamsi satisderit judicatum solvi, liberatur ubi remotus sit. *ibid.*
Procurator esse desinit, qui, vel est mortuus, vel captivus factus est, aut deportatus. V. 377. 14. 378.
An vita functo procuratore, vel deportato, dominus cogatur, vel judicium in se transferre, vel alium substituere,desiderante adversario. V.377. 378. 14. & N. 13.
Procurator ad litem datus domino non nocet, si quid fecerit in ea lite præter mandatum. V. 379. 1.
Quodcunque commodum per occasionem judicii quæsivit procurator, id ad dominum spectat. V. 380. 2.
— quænam sint commoda per occasionem judicii a procuratore quæsita. V. 380. 4.
Quodnam sit litis incommodum. Et quando hoc ad procuratorem pertineat, vel ad solum dominum spectet. V. 382. 5. & 383. 6. XI. 140. 2. 3. & 141. *seqq.*

BIU Cujas

Procuratoris negligentia, absentia, collusio quomodo noceant domino, cum actori, tum reo. V. 384. 7.
— quomodo dominus mandati agere possit eo nomine cum procuratore. V. 384. 8.
Domino quomodo succurratur, ubi non sit solvendo procurator, qui vel culpa sua vel dolo rei causam perdidit. V. 385. 386. 8. & N. 11.
Procurator agere potest mandati contraria adversus dominum propter impendi a bona fide in litem facta, & petere ut de illis sibi satisfiat ex iudicatione. V. 384. N. 10.
Procurator jusjurandum adversario deferre potest, sive procurator sit generalis, sive speciale mandatum habeat, sive procurator sit in rem suam. X. 641. 1.
Procurator speciale mandatum habens præstat jusjurandum calumniæ. VI. 219. N. 10.
An, & quando procurator generalis admittatur ad præstandum jusjurandum calumniæ. VI. 220. N. 10.
Procurator nomine suo jurare tenetur, etiam sine speciali mandato. *ibid.*
— in animam suam & domini jurare solet ex usu fori. *ibid.*
— an jurare possit in litem. VI. 340. 1. & N. 2.
Plures unius litis procuratores ab uno litis ejus domino dari non possunt. Et hoc quas habeat cautiones. V. 315. 1. 316. *seqq.*
Si unus plures intendat actiones, singulos procuratores dare potest in singulas lites. V. 319. 3.
Plures ad agendum procuratores dari possunt, ubi lis pertineat ad plures personas. V. 319. & 320. 4.
— possunt dari etiam plures ad defendendum, dummodo non ab uno cœperit obligatio, quæ ad plures heredes, vel fidejussores pervenerit. V. 321. 5.
— quare plures promissoris heredes dare non possint plures defensores, si communi nomine conveniantur. V. 321. & 322. 6.
Plures procuratores utiliter ab uno dantur in una lite diversis temporibus. Et quomodo. V. 323. 7. *seqq.* 324. *seq.*
— plures uno tempore dati nominatim, ut simul agant, dantur illi inutiliter. V. 326. 12.
— plures uno tempore simpliciter dati, utiliter dati erunt, si agant separatim: secus si concurrant ad agendum. V. 326. 12. 327. 14.
— ex pluribus ad agendum datis, ubi simul concurrant, ille præferendus alteri, quem testator maluit. V. 326. & 327. 13.
Quid si de eo non liqueat. V. 327. 13.
Pluribus procuratoribus simul datis in solidum, melior debet esse conditio litem prius contestantis. V. 327. & 328. 14.
— an etiamsi clausulam adiecit in instrumento dominus, ne sit prior occupantis conditio. Et quare. V. 328. & 329. 15.
Plures ad agendum simpliciter dati, conjunctim agere debent jure canonico. Et an recte. V. 329. 16. & 330. 18. & N. 8.
— an etiam cum dati in solidum fuisse censentur. Et quando ita dati fuisse intelligantur. V. 330. & 331. 18. & 329. N. 8.
Quomodo ex hac parte jus canonicum sit in foro receptum. V. 329. N. 8. & 330.
— cum plures dati sunt sive simpliciter, sive in solidum in causis ecclesiasticis, unus duntaxat admitti debet ad agendum. V. 331. 19.
— cum plures ita dantur, ut unus tantum admitti possit, si omnes dati concurrant: arbitrio judicis debet eligi magis idoneus. V. 331. 20.
Procurator Cæsaris an sit magistratus. IV. 1113. N. 25.
— adversus quos explicet suam jurisdictionem. IV. 1185. 2. & N. 1.
— habet jus ad Principem revocandi, ubi conveniatur; præterquam in delicto concussionis. IV. 1328. N. 6.
— cognoscit de fiscalibus causis. IV. 1124. N. 14.
— an etiam de criminalibus. IV. 1185. N. 1.
Procurator summæ rei quinam sit; & cur ita appelletur. VIII. 962. 8. 9.
Prodigi comparantur impuberibus. VII. 514. 4.
Prodigus quinam sit. XI. 566. 2.
— testari non potest; & quare. II. 32. 10.
— quatenus recte testari valeat. II. 32. N. 14.
— potest heres institui. II. 162. 37.
— hereditatem vel auctoritate curatoris, vel etiam solus adire, vel repudiare potest. II. 444. 6. & 445. & N. 7.
— non potest obligationem novare, nisi meliorem suam condictionem faciat. IV. 917. 15. & 920. 17.
— non potest agere judicio sine curatore. IV. 1073. N. 15.
— non potest agere alieno nomine. V. 202. 15. & N. 17.
— jusjurandum deferre non potest, & non prohibetur, jurejurando delato, eamdem iterum actionem exercere. VII. 514. 4. 5.
— adversus jurisjurandi exceptionem uti potest replicatione in factum: *Nisi reus juraverit, deferente eo, qui jus deferendi jurisjurandi non habuit.* VII. 514. 6. & 515. 7.
— quatenus sit inhabilis ad contrahendum. III. 634. 635. 7.
— ubi de acquirendo agitur, contrahendo est idoneus. III. 645. 4.
Prodigo substitui potest similiter, atque impuberi. II. 265. 5.
— illi non recte solvitur. IV. 748. 8. 9.
— soli interdicitur administratio bonorum. XI. 566. 2.
— an ei lege sola bonorum administratio interdicatur, non expectato magistratus decreto. XI. 567. 568. 4. 5. & N. 1. 569. *seqq.*

BIU Cujas

Bonorum administratione prodigo interdicta, statur in re dubia decreto magistratus, donec contrarium probetur. XI. 567. 568. 3.
An prodigus cui bonorum administratio interdicta, possit acquirere. XI. 581. 13. 582. *seq.*
— an saltem naturaliter obligetur, postquam illi bonis est interdictum. XI. 583. 15. & 584. *seqq.*
Professio censualis quæ sit. VIII. 985. 10.
Professio a parentibus facta quid sit. VII. 1052. 2.
Professio falsa veritati non nocet. IX. 21. 3.
Professio quandonam, & a quo fuerit instituta; & cui bono. VII. 1052. 2. & 1053. 3.
— quinam ejus effectus. VII. 1053. 4. 5. 6.
Professio interdum tabulas professionis significat. VII. 1053. 7.
— quam fidem hæ faciant. Et an detur contra illas probatio: & quatenus admittatur. VII. 1058. 8.
Professio in re dubia fidem facit pro liberis, & contra liberos quoad statum, & quoad ætatem. *ibid.*
Natalis parentum professio de liberis amissa non nocet liberis; & quare. VII. 1255. & 1256.
Professores artium liberalium qui sint. I. 492. 36. & N. 13 & 493.
— immunes sunt a tutela. *ibid.*
— publice approbati sunt immunes ab omnibus muneribus publicis & civilibus, cum ipsi, tum eorum uxores & filii. X. 826. 827. 828. 6.
— & quidem etiam post honestam missionem *ibid.*
— habentur inter egregios. X. 827. 6.
Quidquid a jure non prohibetur, omnibus permittitur. VII. 581. 8.
Qui patitur quod prohibere potest, facere ipse videtur. V. 97. N. 5.
Proiiciendi servitus quæ III. 254. 8.
Promissio generalis quæ sit. IV. 8. 13.
— quarum rerum sit, & quando sit inutilis. IV. 9. 15. & 11. 20. & 12. *seq.*
— quandonam utilis. IV. 10. 16. 17. & 11. 18. 19.
Promissio pecuniæ, non adjecta quantitate, est inutilis, nisi ea aliunde cognoscatur. Et unde cognosci possit. IV. 10. 16. 17. & 11. 18.
Promissio turpis semper est irrita, etiamsi turpis sit ex alterutra parte duntaxat. IV. 764. 4.
Qui creditam pecuniam accepturus, promisit se illam redditurum, non cogitur accipere, si nolit. Et quare. X. 437. *seqq.*
— tametsi stipulatoris intersit accipi pecuniam propter usuras. X. 439. 440. 2.
Qui promittit alium daturum facturumve, non obligatur; & quare. III. 583. *seqq.*
— nisi tamen illud agatur inter contrahentes, ut sub alieni facti promissione promissor de suo promittere intelligatur; in quibus promissionibus hoc contingat. III. 587. 5. & 588. *seqq.*
An promissionem facti alieni confirmet adjectio jurisjurandi. III. 589. N. 3. & 590.
Qui bis idem promittit, amplius quam semel non tenetur. XI. 1105. 1. & 1113. 4.
Qui promittit se curaturum, vel facturum ut decem dentur, quatenus obligetur. XI. 1179. & 1180. 1. & 1181. *seqq.*
Promutuum quid sit. III. 1143. N. 1.
Pronepos postumus recte instituitur, licet illius pater non potuerit institui. X. 1475. 4.
Pronepos qui & vivo proavo natus sit, vocatur ad hereditatem proavi ex L. Velleja. Et quatenus X. 1476. 6.
— Vide *Postumus.*
Pronomina demonstrativa referuntur ad nomina proxima, non ad remotiora. X. 591. 23.
Pronuntiatum interdum idem significat, ac verbis nuncupatum. XI. 169. 5.
Propolæ viles. V. 90. N. 9.
Propositum animi inutile, quandiu intus in animo retinetur. III. 1124. N. 2.
Proprietas duplex. Utraque quid sit. VII. 1024. 20.
— nihil habet commune cum possessione. VII. 1046. 13.
Proprietatis dominium quo sensu accipiatur. VII. 1024. 20.
Proprietatis nudæ dominus an usumfructum sibi dari recte stipuletur. XI. 1081. 2. & 1082. 6.
Proprietatis domino quænam sint proditæ actiones adversus fructuarium. III. 137. 3. 138. *seqq.*
— eæ quibus ex causis, sive factis nascantur. *ibid.*
Propria res, seu causa quænam dicatur. VI. 1048. 12. IX. 90.
Prorector academiæ an habeat propriam jurisdictionem. IV. 1120. N. 9.
Prorogatur jurisdictio, vel conventione, vel facto. IV. 1186. 4.
— & quidem conventione legitima, atque efficaci. IV. 1186. 5. & N. 5. & 1187.
An pacto nudo prorogetur jurisdictio. IV. 1187. N. 5. & 1188.
— facto prorogatur, cum quis vocatus ad judicem non competentem, litem contestatur, omissa fori præscriptione. IV. 1188. 6. & 1189. *seq.*
— an, & quando sola judicis aditione prorogetur. IV. 1189. & 1190. N. 8.
Ex aditione judicis, de quo dubitatur, an competens sit, non arguitur prorogatio. IV. 1190. N. 9.
Jurisdictio prorogatur utriusque litigantium consensu, quorum error aut vis impediunt prorogationem. IV. 1190. 7. & 1191. & 1192. 8.
— quinam litigantium error sit jurisdictionis prorogationi contrarius. IV. 1191. N. 11.
Quinam judicis consensus sit in proroganda jurisdictione necessarius. IV. 1192. 8. & N. 13.
Prorogatio in eum facienda, qui aliquam habet jurisdictionem sive propriam, sive delegatam. IV. 1192. 9. & 1193. *seq.*

BIU Cujas

An, & quando prorogari queat jurisdictio illius, qui habet mandatam duntaxat. IV. 1193. N. 15. & 1194. *seqq.*
Prorogatio fit de loco ad locum, de persona ad personam, de causa ad causam. IV. 1197. 13. & N. 19. & 1199. 14.
Moribus nostris jus prorogationis restrictum est. Sine consensu ordinarii judicis non potest esse rata prorogatio. IV. 1192. N. 13.
Non potest prorogari jurisdictio civilis ad causas criminales. IV. 1200. 14.
Prorogari vetatur jure canonico jurisdictio politici magistratus in ecclesiasticas personas: quam recte atque juri divino consentanee. IV. 1198. 1199. 13. & N. * & 1200.
— prorogari vetatur jure divino ad causas spirituales. IV. 1200. & 1201. 15.
Prospectus, sive ne prospectui officiatur, quænam servitus. Et quomodo conveniat, vel differat a servitute luminum. III. 267. 268. 12. & N. 7.
Protegendi servitus qualis sit. III. 254. 9.
Protectum quid sit, & quomodo differat a projecto. *ibid.*
Protestationes & clausulæ quænam apponi libello solitæ sint. VI. 53. N. 4.
— quæ sit earum vis & potestas. V. 1067. N. 13.
Protutori an, & quatenus recte solvatur. V. 755. N. 11.
Provinciæ sub Imperatoribus aliæ proconsulares, aliæ prætoriæ, aliæ præsidiales. IV. 1122. N. 12.
Proxenetæ qui sint. VII. 1150. 8.
— testes esse non possunt in ea causa, in qua communem utrique parti operam navant. *ibid.*
Proximitas quo tempore spectetur. Et quomodo probari debeat. II. 1148. N. 15.
Proximus dicitur, qui omnes antecedit, & qui etiam solus est. XI. 37. 6. *seqq.*
Proximus quinam dicatur in successionibus. II. 1148. N. 15.
Prudentum definitiones plures in eamdem sententiam conceptæ, & sub uno titulo collectæ, cur non sint inutiles. IV. 1226. 11. & N. 21.
Si prudentes alicujus collegii juridici dissentiant inter se, cum de re aliqua consuluntur; quid juris. XI. 327. N. 3.
Puberes quinam sint. VIII. 134. 2.
— nonnisi annis quatuordecim completis, possunt condere testamentum. VIII. 134. 3.
— curatorem non habentes contrahendo obligantur. XI. 1409. 1.
— curatorem habentes an possint sine illo obligari. XI. 1410. 2. & 1414. 7.
Quomodo pubertas æstimetur. I. 545. 5. & 546. *seq.*
Tempus pubertatis triplex. I. 545. N. 3.
Pubertati proximus qui dicatur. XI. 1546. 10. & N. 1.
Publica quot modis dicantur. I. 651. 652. 2. & 653. 654. 3.
Publica pop. Romani sunt in duplici genere. XI. 1701. 1.
— abusive dicuntur ea quæ sunt publica civitatum, seu municipiorum. XI. 1702. 5.
Publicani unde dicti. XI. 1701. 2.
— an rationes edere teneantur, ubi judicio conveniantur. VI. 87. N. 8.
Publicatio bonorum quid sit, & unde dicta. IV. 1000. 8.
— ex quibus causis sive delictis nascatur. II. 1245. 11. IV. 1000. 8.
— adimit damnato bona, & ea transfert in fiscum. *ibid.*
— semper ita accipitur, ut æs alienum deductum intelligatur. VI. 154. N. 4.
— distrahit societatem. IV. 1000. 8.
— non liberat fidejussores debitoris. IX. 1311. 2.
— Vide *Bona, Fidejussor, Fiscus, Liberatio.*
Publicatio fundi venditi ante traditionem secuta non obligat venditorem nomine evictionis, sed ut pretium restituat. III. 781. 16.
Publicæ res quænam sint. I. 654. 4. & 659. N. 1. & 660. *seqq.*
— angustiori significatione quænam publicæ res nuncupatæ. I. 652. 2. 659. 1. & 690. *seqq.*
— quo jure eximantur commercio. VIII. 845. 5.
— si veneant pro privatis, an rata sit illarum emptio. VIII. 845. 7. 8.
— Vide *Emptio.*
Publiciana in rem actio a quo introducta fuerit. V. 925. 926. 11. & N. 6.
— quare sit introducta. VI. 627. 1. 2. & 628. *seqq.*
Quænam sit ejus æquitas. VI. 637. 10. & 638. 13. 639. *seq.*
Publiciana de servitutibus quæ. VI. 628. 2.
— non est de iis rebus, quarum alienatio, & usucapio sit iuterdicta. VI. 629. 3.
— datur eadem de vectigalibus, superficiebus adversus eos, qui jus habent vectigale, vel superficiarium. VI. 629. 3. & N. 2. 630.
— non omnium rerum traditionem exigit. Et quando ficta traditio sufficiat. VI. 630. 4. & N. 3. & 631.
Causa justa in Publiciana qualis sit accipienda. VI. 631. & 632. 5.
— competit interdum sine ulla præcedente justa causa. Et adversus quos detur. VI. 632. 633. 6.
Bona fides ad Publicianam est necessaria. Et quando hanc intervenire oporteat. VI. 634. 7.
— ea non tollitur hic, mala fide superveniente. VI. 634. N. 6.
— an hoc emendatum sit a jure canonico. VI. 634. & 635. N. 6.
— Publiciana competit non domino. VI. 635. 8.
— an domino competat aliquando. VI. 635. N. 7. & 636.

— com-

BIU Cujas

— competit, possessione casu amissa; & quinam casus hic intelligatur. VI. 636. 8.
— quid in ea actor intendat. VI. 640. 14. & 641. *seq.*
— datur adversus possessorem; non tamen adversus dominum, præterquam in certis casibus; & quinam sint. VI. 642. 15. 643. *seqq.*
— an detur adversus recentiorem possessorem. VI. 639. & 640. 13. & N. 11.
Pueri nobilissimi quinam dicti. II. 441. N. 3. IV. 1374. N. 12.
Pueritia quo ætatis anno finiatur. V. 43. N. 18.
Pumiliones qui sint. II. 1118. N. 3.
— ad feuda, vel hereditates non admittuntur jure Saxonum. *ibid.*
Pupilla vocatur interdum quæ major est 12. annis. I. 606. N. 2.
Pupillus quinam sit. I. 387. 7. & N. 2.
— ejus etymon. II. 238. N. 18.
— abusive dictus quinam. II. 596. 36.
— proprie dictus quid sit. *ibid.*
Pupillus alendus est a tutore pro dignitate familiæ, & facultatibus patrimonii. IV. 169. 7.
— quomodo cogendus tutor, si recuset præstare alimenta pupillo. *ibid.*
— apud quos educari debeat. IV. 169. N. 4.
— quibus artibus & studiis instituendus sit. IV. 170. 8.
Pupillus infans neque civiliter, neque naturaliter obligari potest. XI. 1544. & 1545. 7.
— & quomodo locupletior factus naturaliter obligetur. III. 638. 13. VII. 663. 18. 19. XI. 1544. 5. 6. 7. & 1545. *seqq.*
Pupillus infantiæ proximus alios sibi semper obligat, & sese obligat aliis interveniente tutore, sine quo neque naturaliter obligatur. XI. 1545. 8. & 1546.
— pubertati proximus an sine tutoris auctoritate naturaliter obligetur. XI. 1546. 9. & 1547. *seqq.*
— proximus infantiæ quomodo distinguatur ab eo, qui proximus est pubertati. XI. 1546. 10. 1547.
Pupillus infante major hereditatem vel bonorum possessionem acquirere vel repudiare solus debet auctore tutore. I. 535. 536. 4. 5. II. 407. 3. & 438. 3. & 439. *seq.* VIII. 1191. 1. IX. 349. 1. & 350. *seqq.* & 378. 8.
Quare pupillus qui talem se falso putat, recte adeat hereditatem absque tutore. II. 410. 8. & 411. *seqq.*
Pupillus infans pro herede gerendo potest acquirere hereditatem, non autem adeundo; & quare. X. 351. 3. 4. 5.
— ei tamen etiam infanti tutor adeundo hereditatem acquirit pleno jure; & quomodo. II. 441. 442. 4. IX. 375. 4. & 376. 5.
— hereditatem solus restituere debet, auctore tutore; si sit infante major. Secus tutor pro illo restituere debet. II. 603. 3. 4. IX. 739. 740. 4.
— quid si restituenda tutori sit hereditas. II. 603. N. 1. IX. 740. 4.
— hereditatem sibi restitutam potest accipere, auctore tutore, cum est infante major. II. 604. 7.
— sin vero sit infans vel absit hereditas potest restitui soli tutori. II. 604. 7. IX. 738. 2.
Cur pupillus ipse, auctore tutore, acquirere debeat, vel restituere hereditatem, vel bonorum possessionem. III. 604. 7. IX. 352. 7. & 353. *seq.*
— tutorem non habenti an auctoritatem prætor accomodet in acquirenda hereditate: an vero det illi bonorum possessionem. II. 509. 10. & N. 9. & 510. *seq.*
Quinam pupillo stipulari, sive acquirere possint. XI. 822. 50. & 823. *seqq.*
Pupillus olim poterat esse tutor legitimus. I. 391. 3.
— non potest arrogari, nisi auctore tutore. I. 322. 2.
— meliorem facere potest suam conditionem sine tutore: deteriorem facere non potest, nisi illo auctore. I. 534. 3. VII. 514. 5.
— quando meliorem, vel deteriorem conditionem suam facere dicatur. I. 535. 4.
— non potest sine tutore mutuum dare, alienare, novare, transigere, se obligare, vel obligationem remittere. I. 535. 536. 5. III. 635. 636. 10. 637. IV. 917. 15. 920. 17. VIII. 856. 73. 74.
— testari non potest sine tutore: potest tamen sine illo heres institui. II. 33. N. 15. & 162. 37.
— conditionem implere potest sine tutore. II. 1064. N. 10.
— non recte solvit sine tutore; nisi tamen consumpta a creditore pecunia cedat pro solutione. IV. 743. 3.
— non potest promittere, etiam auctore tutore aliquid quod sine prætoris interventu alienare prohibeatur. IV. 743. N. 2.
Cur pupillus sine tutoris auctoritate se obligans moram non faciat, etiam interpellatus. XI. 685. 1. & 1541. 2.
— si petat pecuniam sibi solutam absque judicis sententia: doli exceptione repellitur, ubi factus sit inde locupletior. IV. 750. 11. 12.
— quo tempore spectari debeat, an factus sit locupletior. IV. 751. 13.
Pupillo non recte solvitur sine auctoritate tutoris. IV. 748. 9. X. 1444. 45.
— quid si pecuniam sibi auctore tutore solutam male consumpserit, vel furto aut vi ereptam amiserit. IV. 748. 9.
Quinam pupillo stipulari, sive acquirere possint. XI. 822. 50. & 823. *seqq.*
Pupillo redditus annui & aliæ cujusvis rei pensiones recte solvuntur, auctore tutore: cætera vero ita si sententia judicis solvere jubentis præcesserit. IV. 749. & 750. 10.
Pupilli nomine solutum non potest repeti. VII. 664. 20.
— repetit tamen pupillus, quod ipse naturaliter debitum solveret. VII. 664. 665. 21.

Pu-

BIU Cujas

Pupillus potest agere sine tutore, vel invito adversario, in causa momentaneæ possessionis, alimentorum, vel in interdicto de *Libero homine exhibendo*. IV. 1073. 21. 22. & 1074. 23. & N. 18. 19.
— removetur ab accusando etiam auctore tutore, nisi suam, vel suorum injuriam prosequatur. IV. 1075. N. 19.
— an vocare possit reum ad suum forum. IV. 1324. 1325. 2. & N. 2.
— conveniri nunquam potest sine tutore. IV. 1081. 7. VI. 30. N. 21.
— causam appellationis persequi potest, ubi tutor esse defierit, qui appellavit. VI. 459. 6.
Pupillus, sive pupilla qui conveniebantur auctoritate tutoris, tenentur judicati actione, ubi fuerint condemnati. XI. 343. 1.
An hi, ad quos pervenere defuncti bona, postquam pupillus se abstinuit, teneantur ex causâ rei adversus pupillum judicatæ. XI. 345. 3. 4. & 346. 5.
— non restituitur in integrum adversus venditionem illarum rerum, quæ servando servari non possunt. V. 1123. 16. & N. 16.
— habet obligata pignori bona tutoris pro officio administrationis. VI. 877. 878. 14.
— tutori obligatur de eo, quod illi abest, vel abfuturum est tutelæ causa. IV. 185. 1.
— unde hæc obligatio, & cujus bono introducta. IV. 185. 186. 2.
Pupillus, qui jusjurandum defert sine tutoris auctoritate, sibi non nocet, & potest actionem, quasi juratum non esset, iterum exercere. VII. 513. 3. & 514. 5. 6. 7. & 515. X. 643. 644. 2.
— si deferat jusjurandum; auctore tutore: vel obligatur actione jurisjurandi, si reus sit, vel jure remittit actionem, si fuerit actor. VII. 516. 12.
— remittere non potest jusjurandum sibi a tutore delatum. X. 654. N. 9.
— delatum tamen recusare potest. X. 798. 9.
— sponte ab eo præstitum custodiri debet. X. 712. N. 8. & 798. N. 22.
Personæ pupilli cura in quibus rebus versetur. I. 521. 4.
Pupilli indefensi bona possideri possunt a creditoribus sed non possunt ante distrahi, quam ipse pervenerit ad pubertatem. VII. 945. & 946. 3.
Status controversia si fiat successuro pupillo: causa cognita, differtur illa in pubertatem. VII. 946. 6.
— cur ea dilatio defuncti creditoribus non noceat sed noceat ad tempus duntaxat illi, qui se dicunt heredes. VII. 947. & 948. 7.
Si debitor pupilli solverit tutori, a quo cautionem acceperit etiam solemnem: an cautio noceat pupillo repetenti eandem pecuniam. VIII. 290. 6.
Pupilli sine tutoris auctoritate promittentis cessatio an noceat fidejussori. XI. 1539. 1.
— quatenus utilis sit in proposita re fidejussio. XI. 1543. 4.
Purpura est insigne summorum magistratum, maxime autem Imperatoris. VIII. 852. 58.
— ejus tingendæ, & distrahendæ facultas privatis omnibus interdicta. VIII. 852. 57. III. 599. 12.
— adversus illos qui purpuram tingerent, & distraherent fuit pœna capitis constituta; & quare. *ibid.*
Puteum aperire licet in nostro, etiamsi vicini putei venas præcidamus. III. 299. 7.
— dummodo tamen aperiatur proprii commodi causa, non ut officiatur vicino. III. 299. N. 2.

BIU Cujas

Q

Q Et *C* olim promiscue usurpari solebant. II. 899. N. 8.
Quadruplum in quibus actionibus detur. V. 749. & 750. 7.
— quid sit. VI. 750. 751. 8.
An simplum computari debeat in quadruplo. V. 752. 9.
— Vide *Actiones*.
Quæstio facti, vel juris quæ. XI. 1397. 2.
Quæstio altioris indaginis in jure quæ sit. V. 1404. N. 8.
Quæstio facti an spectet ad judicis cognitionem. Et in quo cognitio illa versetur. VII. 1375. 2. 3. IX. 594. 2. 3. XI. 1608. 7. 8. & 1609. 9.
Quæstiones publicæ, atque perpetuæ a Cornelio Sylla constitutæ. IV. 1151. N. 47.
Quæstiones capitalium rerum quibus fuerint demandatæ. *ibid.*
Quæstiones non poterant haberi de liberis hominibus apud Romanos: secus apud Rhodios, & Athenienses. V. 132. N. 18.
Quæstionis judex distinguitur a magistratu. IV. 1150. N. 46.
Quæstor palatii quando de causis appellationum cognoscat. VI. 488. 5.
Quæstores seu Candidati Principis quinam sint. Et quodnam sit illorum munus, & dignitas. V. 18. 21. & N. 23.
Quæstores parricidii, seu maleficii poterant inquirere in crimen, & judicare de illo duntaxat sine ullo tamen imperio. IV. 1150. 22. & N. 46.
Quæstus quid sit. Et quæ res sint ex quæstu. III. 915. 9.
Qualitas rerum, quæ pondere & mensura constant, qua in re versetur; & quomodo indicari queat. X. 139. 2.
Qualitas pæcuniæ in quo sit posita. X. 139. 2.
Qualitas adjecta verbo secundum tempus verbi est accipienda. VI. 185. N. 19.
Quantitas est nomen generis, sive est earum rerum quæ pondere, numero, mensurave constant. X. 138. & 139. 1.
Quantitas certa dicitur, & incerta diverso respectu. X. 140. 3.
— ut certa sit, quænam res in ea desiderentur. X. 139. 12.
Quanto minoris actio quid sit. X. 1325. 1.
— potest aliquis sæpius hac experiri diversarum rerum nomine. *ibid.*
— excluditur a redhibitoria, & ipsa excludit aliquando redhibitoriam. X. 1325. 2.
— quando redhibitoriam contineat. X. 1325. 3.
— anni spatio finitur. X. 1326. 4.
Qui promisit alicui quanto minus a Titio consequi posset, non tenetur, ubi Titius, stipulatore cessante, solvendo esse desierit. X. 602. 4.
Qui stipulatus a Mævio, quanto minus a Titio consequi posset; an integrum debitum recte petat a Mævio, si nihil a Titio consequi potuerit. XI. 1483. 1. & 1484. *seqq.*
Quarta Falcidia a quibus detrahatur, & quomodo. II. 898. 3. & 899. *seqq.*
— quando cesset. II. 985. 16. 17. & 986. *seqq.*
— Vide *Falcidia*.
Quarta Trebelliana detrahitur ab herede, sive is totam hereditatem, sive totam eam partem quæ ad eum spectabat, restituere jussus sit. II. 657. 1. & 658. 3.
— hodie cessat ob prohibitionem testatoris. Et quid jure veteri. II. 659. 6.
— & quatenus hic valeat testatoris prohibitio. II. 659. 7. & 660.
— cessat in testamento militis. II. 660. 9.
— in relictis causæ piæ. II. 660. N. 3.
— ob pertinaciam heredis adire nolentis. II. 660. 10. 11.
— nisi tamen intra deliberandi tempus adire coactus sit, vel nisi recusans ab initio adeat postea, & restituat, inventario confecto. II. 661. 12. 13.
— cessat in eo, qui sponte adiens restituit hereditatem sine deductione quartæ, vel sciens, vel errans in jure. II. 661. 14.
— secus tamen si erravit in facto. II. 662. 14.
— ubi sit errore juris omissa, quomodo per retentionem aliarum rerum hereditariarum possit ab herede recuperari. II. 662. 15. & 663. *seq.*
— cessat ob inventarium non confectum. II. 664. 16. & N. 5.
Quarta Trebelliana ex quantitate patrimonii æstimatur. Et quomodo patrimonii quantitas æstimetur, & ex quo tempore in retentione quartæ. II. 666. 1. 2. & 667. 5. 6. 668.
Imputantur in quartam fideicommissariam omnia quæ heres capit ex judicio defuncti, adeoque legata & fideicommissa. II. 668. & 669. 7. VI. 1025.
— an etiam conjugalis donatio. II. 667. N. 2.
— in eam imputatur quod conditionis implendæ causa datur heredi. II. 669. 8. & 670. N. 14.
— imputantur fructus & accessiones omnes ante diem fideicommissi cedentem ab herede perceptæ. II. 670. 9. & N. 5.
— excipiuntur tamen liberi fideicommisso onerati, qui non imputant fructus antea perceptos. II. 670. N. 5.

BIU Cujas

— non imputantur fructus ex præsenti fideicommisso percepti post aditam hereditatem. II. 671. 10.
— non imputatur in quartam id quod a coherede accipitur in prælegato. II. 671. 672. 11. VI. 1023. *seqq.*
— totum vero imputatur, quod jure hereditario accipitur ex prælegato; & quare. II. 671. 11. 672. 13. 14. & 673. 15.
Quarta Trebelliana deduci non potest una cum quarta legitima a liberis fideicommisso oneratis ex jure civili. II. 673. 16. 674. *seqq.*
— secus ex jure canonico. II. 673. 674. 17. & N. 9. & 675.
Quænam maneant heredi præcipua, ut in quartam non imputentur. II. 677. 19.
Quarta Trebelliana deducitur de quibuscunque rebus hereditariis æque ac Falcidia. II. 679. 680. N. 10.
— aliquando vocatur Falcidia. IX. 720. 4.
Quasi contractus quid sit, & cur ita nuncupetur. IV. 123. 2. & N. 1. 2.
— dictus abusive contractus. III. 478. 4. X. 81. 13.
— fit tacito & præsumpto consensu. IV. 123. N. 1.
Quasi contractuum genera duo summa; & quænam sint. IV. 124. 3. & 125. *seqq.*
Quasi delictum sive maleficium quid sit. IV. 435. 2.
— ejus duo genera summa; & quæ. IV. 435. 3. & 436. *seqq.*
Quasi ususfructus qualis sit; & quomodo constituatur. III. 31. 7. 8. & 32. *seqq.*
— quarum rerum sit. III. 23. 3. & 24. *seqq.*
— Vide *Ususfructus.*
Querela inofficiosi. Vide *Inofficiosi querela.*
Querela non numeratæ pecuniæ cui prodita sit. Et quare. III. 1365. 15.
— ea testato denuntianda creditori a confesso debitore. III. 1364. 15.
— quo tempore ea debeat uti confessus debitor. III. 1363. 15.
An reus, qui intra biennium querela non est usus, probationem non numeratæ pecuniæ exinde offerens sit audiendus. III. 1369. 2. & 1370. *seqq.*
— Vide *Non numeratæ pecuniæ exceptio.*

BIU Cujas

R

RAbulæ forenses, arpyæ, crumenimulghæ. V. 56. N. 37.
Rapina an sit furti species, vel res a furto distincta. IV. 265. N. 3.
— coercetur pœna publica & privata. IV. 263. 1.
— pœna privata, amissio rei est, vel amissio crediti. IV. 264. 2. & 265. N. 2.
— & quando sit pœna quadrupli. IV. 266. 3. & N. 4.
— hujus pœnæ persequendæ causa, quænam, & quotuplex actio sit constituta. IV. 264. 2. 265. *seq.*
— est actio famosa. V. 104. 2.
— an sit de vi privata duntaxat, an etiam de vi publica. IV. 263. N. 1.
Raptor est fur improbus. IV. 266. 3.
— an sit fur manifestus. IV. 266. 3. & N. 3.
Quare mitior pœna raptoris, quam furis manifesti. V. 104. 2.
Raptor virginis damnatur statim atque convictus est; neque potest appellare. VI. 413. 10. & N. 10.
de Crimine raptus neque pacisci, neque transigere licet. VII. 29. 9.
Rem ratam habere quid sit. V. 309. 28.
Ratam rem dominus habere potest verbis; & quomodo. *ibid.*
— item re, seu facto duplici. Et quomodo ex utroque deducatur ratihabitio. V. 309. 28. & 310. 29.
Contrariam ratihabitioni voluntatem dominus ostendit verbis, vel factis. Et quomodo verbis. IV. 310. 30.
— factis. I. si dominus, vel alius pro eo agant adversus reum de eadem re, vel eamdem rem petant extra judicium. IV. 311. 31. 32. *seq.*
— II. Si pecuniam exigat dominus procuratori solutam. IV. 313. 33.
— III. Si præterierit tempus ad ratihabitionem necessarium. Triplex hoc, & quale sit. IV. 313. & 314. 34.
Stipulatio, *ratam rem dominum habiturum*, rata est, licet ea sit de facto alieno; & quare. XI. 1327. 5.
Ratihabitio semper mandato comparatur. III. 699. 5. & N. 3.
— retrotrahitur, & confirmat ea quæ antea gesta sunt. III. 699. 5. 6. & 700. 7.
Ratihabitio patris in S. C. Macedoniano nocet filio & ejus accessionibus. III. 701. 11.
Ratihabitio solutionis alteri factæ mandato creditoris comparatur. IV. 766. 39.
Cautio de rato quid sit. V. 260. 21. 22.
— ea est fere prætoria. XI. 519. 26.
— non potest esse judicialis adversus alieno nomine agentem, nisi ubi hæc a tutore petatur. XI. 520. 521. 26.
— quando præstari debeat. V. 263. 23. & 264. *seqq.*
— exigitur etiam a conjunctis personis, nisi hæ pro suo jure interveniant. V. 217. 10. & N. 13.
— ejus præstandæ necessitas. V. 275. 33.
— cujus rei gratia sit instituta. V. 308. 27. & N. 26.
— Vide *Procurator.*
Ratio, ambiguum verbum; & quotuplex illius significatio. V. 1028. N. 16.
— proprie dicta quid sit. VII. 1108. 6. 1109.
— est legis anima & sententia. I. 91. 92. 9. & N. 2.
— non omnium rerum reddi potest. I. 100. 101. 14.
Ratio naturalis quid sit. I. 51. N. 16.
— duplex est; & qualis utraque. *ibid.*
Rationalis, sive procurator privatæ rationis quinam sit. VII. 56. 6.
— apud eum fiscales causæ agitantur. VII. 56. 6. & 871. 1.
Rationes quid sint. VI. 78. 79. 2. 3. & N. 9.
— quare instrumentorum verbo non contineantur in edicto *de Edendo*. VII. 50. 4.
— omnes edere debet actor reo; & quare. VI. 78. 2. & N. 5. VII. 47. 1. 49. 3.
— quodnam inter eas, & cætera actoris instrumenta discrimen. VI. 79. 3. & N. 9. VII. 50. 5.
— edi debent cum die, & consule; & quare. VI. 80. 5. & N. 11.
— eas exhibere a quo actor jubeatur. Quid si non exhibeat. VII. 50. 6.
— cur eas actori edere jubeatur reus ex causa. Et quid actori prosit talis editio. VII. 6. 5. & 11. 9.
— editæ in judicio etiam pro actore fidem faciunt. VII. 7. 6. & 48. 2.
Judex ex officio æstimare debet, an aliqua sit justa causa, ob quam reus rationes suas edere teneatur. VII. 9. 8.
Quando nobis actio detur adversus aliquem ad id quod interest, ob rationes ab eo nobis non editas. VII. 10. 8.
Rationes si non exhibeat reus, illas edere jussus: habetur pro convicto. *ibid.*
Rationes suas cur actor edere debeat reo: non reus actori. VII. 63. 64. 1. & 65. 2. & 66. 3.

BIU Cujas

— quomodo repellatur actor, qui rationes suas non vult edere reo. VII. 66. 4.
Rationes suas, quibus reus uti debet, tenetur ille edere actori. VII. 68. 7.
Reus actoris intentionem negans, rationes suas edere actori non cogitur. VII. 70. 8.
— non negans intentionem, & exceptione utens edere illas cogitur ad probandam suam exceptionem. *ibid.*
— quas tamen edere non cogitur ad fundandam actoris replicationem. VII. 71. 9.
Rationes reddere quomodo amplius aliquid sit, quam edere. VI. 79. 3. & N. 8.
Rationum reddendarum remissio facta tutori, & similibus quam vim habeat. IV. 183. N. 4. IX. 635. 2. 636.
— an eadem remissa censeatur a testatore, qui vetuit conscribi inventarium. IV. 183. N. 4.
— quænam in reddendis rationibus sint observanda. IV. 184. N. 4.
An necessitas rationum reddendarum prosit in futurum, etiam tum cum dolus non abfuit. IX. 636 3. 4.
Quare conditio reddendarum rationum solita sit præponi libertati servo actori relictæ testamento. III. 632. N. 2.
a Redditione rationum non datur appellatio. VI. 423. N. 32.
Receptitia uxoris quænam dicantur. V. 215. N. 11.
— an ea distinguantur a paraphernis. *ibid.*
Reconventio quibus verbis exprimi soleat a juris auctoribus. IV. 1303. N. 1.
— dicta ex usu juris mutua petitio. IV. 1303. 1304. 3. & N. 11.
An fuerit incognita juri usque ad Papinianum I. C. IV. 1303. N. 11.
— an ea actorem subjiciat jurisdictioni alias incompetenti. *ibid.*
— an jurisdictionem politici magistratus prorogare queat in clericum, in civili causa. IV. 1305. N. 12.
— fieri potest ex jure canonico coram delegato. *ibid.*
— non potest institui coram eo, qui arbiter est ex compromisso; sed bene coram arbitro juris. *ibid.*
— facta ex parte sive actoris, sive rei quam rationem habeat in eodem, vel in diverso negotio. IV. 1307. N. 13.
— quibus in causis admittatur. IV. 1307. N. 14. & 1312. N. 21.
— habet instar compensationis. IV. 1308. 11.
— ea tamen a compensatione distinguitur; & quomodo. IV. 1307. N. 14.
— non permittitur excommunicato. IV. 1310. N. 15.
— in statutis & pactionibus comprehenditur sub appellatione conventionis. *ibid.*
— prosequenda est uno processu cum conventione. IV. 1310. 12. & N. 16.
— de utraque simul debet pronuntiari sententia, etiamsi alterius expeditio facilior sit. IV. 1310. 12. & N. 17.
— opponi debet vel tempore contestatæ litis, vel in continenti postea. IV. 1311. 12. & N. 19.
— objici potest post litem contestatam usque ad conclusionem in causa, ad jurisdictionem tantum prorogandam. *ibid.*
Reconventio quidnam reo tribuat. IV. 1311. 13. & N. 20.
— a reo, quo cum agitur, opponi potest, pendente adhuc judicio, & non ab aliis. IV. 1312. 14.
— eam non cogitur amittere de eo quod alibi contractum est, is, qui damnum, vel injuriam sibi illatam persequitur. IV. 1313. 16.
— ubi semel instituta fuit, ibi desiderante actore exerceri debet. IV. 1317. 4. 5. & N. 2.
Quatenus reconventionem facere reus teneatur. IV. 1306. N. 12.
Quantum a jure civili recesserit jus Saxonum, quoad reconventiones. IV. 1317. N. 2.
Rector academiæ quam jurisdictionem habeat, & in quos. IV. 1330. 6. & 1331. & 1329. N. 9. VII. 893. 14. *seqq.*
— Vide *Academia.*
Rector provinciæ quinam sit. VIII. 962. 7.
Recuperatores quinam sint, & cur ita appellati. IV. 1338. N. 5. & 1339. N. 6.
— an fuerint judices ordinarii. *ibid.*
— dabantur in omnibus privatorum controversiis. *ibid.*
— & quidem tres saltem in facti quæstionibus. *ibid.*
Redditio rationum. Vide *Rationes.*
Redempti ab hoste, quomodo, & quando libertate potiantur. VIII. 1338. 12.
Redhibere, redhibitio quid sit; & unde dicta. III. 788. 7. X. 1317. 8.
Redhibitio non datur ob vitia quæ aut venditor excepit nominatim, vel quæ emptor ignorare non potuit. X. 1312. 6.
— an detur propter ea vitia quæ venditor ignoravit, adeoque palam non dixerit. X. 1313. 1314. 6.
— non datur propter illa, quæ venditor tantum commendandi causa dixit. Et quænam tali modo dici soleant. X. 1302. 9.
Redhibendi causæ generales aliæ; aliæ vero speciales. X. 1298. 2.
Generales quæ sint. Et quomodo redhibitioni locus in illis. X. 1298. 3. 4. 1299.
Speciales ad redhibendum causæ quæ sint. X. 1303. 1. 1304. *seqq.*
Redhibitoria actio quid sit; & cur ita appellata. X. 1314. 2.

BIU Cujas

— est actio arbitraria. X. 1323. 18.
— competit ex ædilitio edicto duntaxat. X. 1315. 3.
— spatio sex mentium finitur. Et quando etiam duobus mensibus. X. 1315. 3. & 1317. 6.
Actio ex empto ad redhibendum eodem temporis spatio finitur, ac redhibitoria. X. 1315. 4. & 1316.
Redhibitoria actio cui competat, & adversus quem. X. 1316. 5.
— qua de re detur. X. 1317. 7.
— quid ex ea consequatur emptor; & quid præstare debeat venditori. X. 1317. 8. & 1318. *seqq.* & 1321. & 1322. 15.
— quid si ea non præstet quæ ex ædilitio edicto restitui jubentur ab emptore venditori. X. 1320. 13. 14. 1321.
An plures emptoris heredes possint rem pro parte redhibere. X. 1323. 19.
— & an possit pluribus venditoris heredibus res pro parte redhiberi. X. 1324. 20.
Regalia diversa sunt a jurisdictione. IV 1098. N. 1.
— eadem tributa sunt Principi in argumentum superioritatis, & præeminentiæ. *ibid.*
Regula Catoniana unde appellata. Eadem explicatur. II. 776. 2. 777. *seqq.*
— non pertinet ad legata conditionalia, nec ad ea, quarum dies cedit ex tempore aditæ hereditatis. II. 780. 6. 781. *seqq.*
— an pertineat ad legata, quæ sunt inutilia propter solam legatarii incapacitatem. II. 777. & 778. N. 3.
— non pertinet ad heredum institutiones puras. Et an pertineat ad conditionales. II. 779. 5. & N. 5. & 780. *seqq.* & 183. 184. 10. & N. 7.
— non pertinet ad novas leges Juliam, & Papiam. II. 784. 11. 785. *seq.*
— quidnam hic sit a Justiniano immutatum. II. 786. 11.
Regulæ juris expositæ: Alteri per alterum qui in ejus potestate non sit, nec actio nec exceptio acquiri potest. X. 672. 4. 5. & 674. 6.
— ex qua persona quis lucrum capit, ejus & factum præstare debet. VII. 115. 4.
— extinguitur obligatio, quoties in eum casum incidit, unde incipere non poterat. X. 1651. *seqq.*
— factum legitime retractari non debet, licet casus postea contingat, a quo non potuit inchoari. XI. 1653. & 1654. 5.
— hoc natura æquum est, neminem cum alterius detrimento fieri locupletiorem. VIII. 679. 57.
— invito beneficium non dari. XI. 1157. 7. & 1158. *seqq.*
— toto jure generi per speciem derogatur. V. 489. 490. 11. XI. 1012. 6.
— quatenus cujusque intersit, in facto, non in jure consistit. XI. 1186. 6.
— is potest repudiare, qui & potest acquirere. IX. 651. 652. 1.
— nemo pro parte testatus, & pro parte intestatus decedere potest. II. 71. 2. & N. 2. & 72.
— nemo sibi ipse possessionis causam mutare potest. I. 1051. 2. & 1052.
— nemo est prædo, qui pretium numeravit. I. 1069. N. 1.
Nihil facile mutandum ex solemnibus, & recepto jure. I 86. 18.
— non est novum, ut quæ semel utiliter constituta sunt, durent, licet casus extiterit, a quo incipere non poterant. XI. 1652. 4. & 1655. 1656. 8.
— nolle ejus est, qui potest & velle. II. 387. 1. & N. 1. IX. 412. 3.
— per liberam personam, quæ subjecta non est juri nostro, nobis acquiri nihil potest, excepta possessionis causa. VIII. 109. 2. 3. & 110. *seqq.*
— qui in jus alterius succedit, eodem jure uti debet. VIII. 820. 10.
— qui tacet, non utique fatetur. VIII. 580. 581. *seqq.*
— quem non honoro, nec onero. II. 730. N. 2.
— quod ante nullius est conceditur occupanti. I. 285. 3. 4 286. *seqq.*
— quod semel placuit, amplius displicere non potest. VII. 544. 7. X. 660.
— semper in obscuris, & ambiguis id sequimur quod minimum est pro debitore. VIII. 380. 4.
— ratihabitio mandato comparatur. VIII. 158. 4. 5. & 159. 6.
Rei vel correi quinam sint; unde dicti; & quare inventi. IX. 1255. & 1256.
Duo rei stipulandi, quinam sint. IX. 1257. 1.
— quomodo constituantur. IX. 1257. 2. & 1258. *seqq.*
Duo rei promittendi qui sint. IX. 1261. 1.
— quomodo fiant. IX. 1261. 2. & 1263. *seqq.*
Duo rei stipulandi habent singuli potestatem solidum exigendi & promissorem in solidum liberandi. IX. 1267. 1. 2. & 1268.
— eorum singuli promissorem liberando nocent aliis correis. IV. 1009. 1. 1010. *seqq.* IX. 1268. 3.
— nisi tamen sint socii. IX. 1270. 6. IV. 1013. 3.
Petitione unius ex reis tollitur cæteris actio vetus ex stipulatu. IV. 1013. & 1014. 4. IX. 1269. & 1270. 5.
Correi promittendi solidum singuli debent; adeoque solidum peti potest ab alterutro, nisi malit creditor actionem inter eos dividere. IX. 1269. cap. 6. & 1270. 1271. 1. & 1272. 3.
Si correi sint socii; debent singuli conveniri pro parte. IX. 1271. & 1272. 2.
Uno ex reis promittendi liberato, una liberantur & cæteri. IX. 1270. & 1271. IV. 1014. 5.

BIU Cujas

— si tamen vera sit, & justa liberatio; & quæ sit talis. IX. 1273. 1.
— quibus modis accidat, ne sit vera liberatio. *ibid.*
Uni ex correis per exceptionem pacti vel rei judicatæ quæsita liberatio, an & quando cæteris prosit. IX. 1274. 3. IV. 1016. 10. 11. & 1017. *seq.*
Quare prosit cæteris alter ex correis, qui jurat se non debere: & cur cæteris non prosit alter ex correis, qui pactum de non petendo fecit. IX. 1275. 4.
Re promissa a duobus reis, post mortem alterutrius perempta, tenetur alter qui moram fecit: alter ipso jure liberatur. IV. 1011. 1. IX. 1275. & 1276. 5.
Unus ex promittendi reis compensationem ejus quod correo debetur, obiicere non potest, nisi fuerint socii. VIII. 342. 8.
Lite cum uno ex reis promittendi contestata, alter ea petitione non liberatur. IV. 1018. 14. & 1019. 15. & 1020. IX. 1278. & 1279. 1.
Quare uno ex stipulandi reis agente, promissor liberetur a cæteris. IV. 1020. 16. & 1021. *seq.* IX. 1279. & 1280. 3.
Nec mora, nec factum unius ex promittendi reis alteri nocet. IX. 1281. 1. 1282. & 1283. 2.
— sed neque correo interdum prodest. IX. 1283. & 1284. 3.
Unius ex reis interpellati mora, vel agnitio alteri reo nocet ad interrumpendam præscriptionem; unius autem ex stipulandi reis interpellatio prodest alteri. IX. 1285. & 1286. 1. 2.
Quænam sit ejus rei æquitas. IX. 1286.
Duo rei promittendi non sunt invicem fidejussores. Et quotuplex sit inter plures fidejussores, & promittendi reos differentia. IX. 1287. & 1288.
Non duo duntaxat, sed plures stipulandi & promittendi rei constitui possunt. IX. 1289. cap. 12.
Duo, vel plures debendi rei quomodo fiant ex contractu emptionis, depositi, commodati. IX. 1289. 1290. 1.
— quomodo fiant in mutuo. IX. 1291. 2.
— quomodo fiant ex testamento. IX. 1291. & 1292. 3.
— non fiunt ex quasi contractu, non ex delicto, non ex quasi maleficio. IX. 1292. 4.
Duo rei credendi quomodo fiant ex deposito, mutuo, commodato. IX. 1293. 5. & 1294. 6.
— quomodo fiant ex testamento. IX. 1294. 7.
in Duobus stipulandi & credendi reis nihil immutavit Justinianus novell. 99. IX. 1295. *seqq.*
— vix pauca mutavit in duobus promittendi reis *ibid.*
— & quid ea lege Novella constituatur. IX. 1298. 4. & 1299. *seq.*
Duo rei vice mutua fidejussores accepti, singuli pro parte tenentur, non in solidum, si nihil aliud aperte convenerit. Et hoc quam recte. IV. 1017. N. 7. & 1018. *seqq.* IX. 1300. & 1301. 5.
— conveniri non possunt, nisi pro parte, tametsi aliud convenerit, si ambo præsentes sint, & solvendo. Hoc quam recte. IX. 1301. 6. & 1302. *seq.*
— sin unus e duobus reis fidejussoribus invicem acceptis præsens conveniatur in solidum; petere potest spatium, intra quod absententem creditori exhibeat. IX. 1303. 7.
— habendus pro absente, etiam præsens e duobus reis, qui conveniri non potest. Et quibus de causis fiat, ne possit aliquis conveniri. IX. 1305. 1306. 10.
Unus e duobus reis qui facto creditoris non potest hic conveniri pro præsente & idoneo tamen semper habendus ad hoc, ut alter pro parte solum conveniatur. IX. 1306. 11.
Duo promittendi rei, qui vice mutua fidejussores accepti sunt, singuli conveniri possunt in solidum, etiam jure novo quatuor in casibus. IX. 1307. & 1308.
Unus ex duobus reis qui patrem simpliciter solvit, non liberatur. VII. 199. 1. & 201. 4.
Creditor, parte debiti ab uno ex duobus reis accepta, non videtur pactus, ne reliquum petat; nisi illum nominatim pro sua persona solventem admiserit. VII. 199. 2 & 200. *seq.*
— solvere pro sua persona quid sit. VII. 201. 3.
— quid sit admittere solventem. VII. 202. 5.
Rei capitis ante damnationem possunt alienare: secus post damnationem. II. 1227. & 1228. 34.
— solvere possunt, & solutum accipere post damnationem, excepto crimine majestatis. IV. 752. 14 & N. 10. & 754. 15.
— Vide *Reus.*
Rei vindicatio generatim accepta omnes & singulas in rem actiones comprehendit. V. 761. *seqq.* VI. 721. 2.
Rei vindicatio, seu in rem actio angustiore significatione quid sit, & unde dicta. V. 757. *seqq.* VI. 722. & 723. 4.
— ejus formula, & ritus V. 757. & 758. N. 1. 759. *seq.*
— quomodo differat a petitione hereditatis, a Serviana, & quasi Serviana; ab actione commodati, depositi, locati. V. 759. 760. & 791. N. 9. 793. 7.
— competit domino rei. Et quinam talis. V. 763. 2. & 764. *seqq.*
— competit domino cuique, & semper; nisi tamen vel agatur de tigno juncto. V. 767. 5. & 768. *seqq.*
— vel transegerit dominus cum possessore in controversia proprietatis. V. 770. 7.
— vel possessor domino deferente juraverit se dominum esse. *ibid.*
— non competit, si dominus egerit judicio in rem: quo possessor sit absolutus. V. 771. 5.
— non competit, cum aliquis vendidit, & tradidit emptori rem alienam, cujus postea dominus factus est. V. 771. & 772. 7.

— quan-

BIU Cujas

— quandonam non competat ex facto aliquo decessoris. V. 772. 8.
— an competat advocato, qui reum victum defendit, si ipse postea vindicet eamdem rem, quam suam esse cognoverit. V. 773. 9. 774. N. 14.
— in ea quantum de suo dominio actor probare debeat. V. 775. & 776. 10.
— an, & quomodo probare debeat eam sibi aliquando justa de causa fuisse quæsitam. V. 777. & 778. 11.
Quomodo aliquis de re sua a possessore obtinenda sollicitus, possit, etiam sine probatione; consequi rem suam. V. 779. 12. 13. & 780. *seqq.*
— domino soli competit directa, quasi domino autem, puta emphyteutæ competit utilis. V. 767. N. 7.
Rei vindicatio datur adversus eum, qui rem, de qua agitur, possidet. V. 781. 1. & 793. N. 13.
— etiamsi qui possidet, habeat ab ipso vindicante titulum licet a jure reprobatum. V. 781. N. 1.
Rei vindicationis causa dominium est ex parte actoris, possessio vero ex parte rei. V. 783. 1. & N. 3.
— quo sensu possessio sit causa rei vindicationis. V. 783. 2. & N. 2. & 784.
Rei vindicatio datur adversus possessorem. Et adversus quem detur. V. 785. & 786. 2. & N. 5.
— an detur adversus eum qui solum rem detinet si habeat restituendæ rei facultatem. V. 786. 3. & N. 6. & 787. *seqq.*
— an detur adversus eum, qui tantum civiliter possidet. V. 787. N. 6.
Quomodo, & quando rei vindicatione non teneatur is, qui est in possessione, nomine domini, vel alterius. V. 791. 6. & N. 9. 10. 792. N. 11. 12.
— & quinam, ubi conveniantur rei vindicatione, nominare teneantur auctorem sive dominum. V. 791. 6. & N. 9.
— Vide *Nominatio.*
Rei vindicatio mihi communis cum alio fieri debet ex ea parte duntaxat, qua res possidetur ab extraneo. V. 794. 9.
Rei vindicatio non competit adversus eum, qui non possidet, nec quidquam fecit quo haberetur pro possessore. V. 794. 10.
Qui rei vindicatione convenitur, interrogari debet, an & pro qua parte possideat. V. 795. 10.
— quænam sit pœna temere negantis se possidere. V. 796. 10.
— quæ conditiones concurrant oportet, ut sit huic pœnæ locus. V. 795. & 796. N. 17.
An, & quando rei vindicatio detur adversus possessoris heredes. V. 796. 11. & 797. *seqq.*
Rei vindicatio competit de re corporali. V. 802. 2.
— quare non competat de servitutibus. Et quotuplex inter rei vindicationem, & actiones de servitutibus sit differentia. V. 802. 3 & 803. *seqq.*
An, & quatenus loca sacra, religiosa vindicari possint. V. 806. 7. & N. 3. & 807.
Rei vindicatio competit de re corporali una & certa, seu de specie, non de genere. V. 809. & 810. 10.
— plures etiam res vindicari possunt, si petantur singulæ, & eæ nominatim designentur. V. 810. & 811. 11.
Corpora, qualiacumque sint, vindicari possunt. Ea sunt in triplici genere; & quæ sint. V. 812. 12.
An grex vindicari possit. V. 812. 13.
— vindicari potest, etiamsi non omnia gregis capita sint nostra; dummodo majorem illorum partem habeamus. V. 813. 13.
Quare peculium collective, ut ajunt, & uno peculii verbo vindicari non possit. V. 814. 14.
Cum res certa petitur in rei vindicatione, debet petita res designari. V. 815. 15.
— quomodo designentur res soli, res mobiles, sive animantes sint, sive inanimatæ, & sive quantitate constent, sive specie. V. 816. 817 16.
in Rei vindicatione demonstratio fungitur vice nominis, ubi designandæ rei nomen ignoratur. V. 817. 818. 17.
— nominis error in rei designatione non nocet, si constet de corpore vel personæ, vel rei. V. 818. 18.
— nisi tamen erretur in appellativo nomine. *ibid.*
— quid, si petitor nomen vindicandæ rei ambigue expresserit; nec appareat, de quo senserit. V. 818. 19. & 819. 20.
Pars rei quæ vindicatur, certa esse debet, & designari nominatim; & quomodo. V. 820. & 821. 21.
— quando partis incertæ vindicatio detur. V. 821. & 822. 22.
